2°

Problemata Alexandri Aphrodisei.
Georgio Valla interprete.

Problemata Aristotelis.
Theodorus Gaza e græco transtulit.

Problemata Plutarchi per Ioannem petrum Lucensem in latinum conuersa.

Georgius Valla Placentinus Ioāni marliano mathematico:& in tota philosophia medicinaq;
præstantissimo salutem plurimam dicit.

ALexandri aphrodisei philosophi ac medici præstātissimi problemata:hor
tatu & auspicio tuo in latinū uir longe doctissime Ioānes marliane con-
uerti quod te interpretari ea uelle mihi dixisti ipsa multis de causis tibi
dicāda esse existimaui:& quod a me discipulo tuo:Cum medicinam ma-
thematicasq; scientias publice profitebare : tanq̄ ab ea quā tu inserueris
stirpe fructum aliquando reposcere iure tu quidem uidearis. ego autem
uel non poscenti si non doctissimos:ut tua ingens expostularet eruditio
præstare possim:at certe non ingratos merito debere tibi uidear exhibe-
re : quod me plane effecturum confido. deinde quod hæc qualia sint
perpendere:ac iudicare te melius possit nemo:nempe cuius præstātis in omnibus bonis artibus
doctrinæ nomen:ut res etiam ipsa est tota non capiat italia.deinde quod hūc laborem ad te me-
um fructum non mediocrē filiis tuis Hieronymo Petro Antonio:Paulo eximiæ indolis in ipsis
futuræ eruditionis adolescentibus allaturum confido.quippe qui suam quādam talem præse fe
rant prudentiam:itaq; suam modestiam:ut cunctatum bonarum artium studiis facile teneri ui-
deantur:ingenium certe peracutum elucet:& ne ad rerum quidem causas perscrutandas:explicā
dasq; dialecticum acumen desideratur:neq; ad geometriæ excutiendas demonstrationes deest fa
cundia quod certe præsentibus nobis licuit intueri:& pēinde has quæstiones præcipuas non re
or modo:sed pro comperto habeo obseruaturos præsertim quod quā utiles sint uel ex eo cōie-
ctari potest.quod cum eruditorum multorum consensu quadripartita sit medicina: quod uel in
ipso statim aphorismorum exordio ostēdisse arguitur Hippocrates:arte quæ præceptis de rerū
natura manantibus:atq; principiis perficitur:siquidem ei quod generationis fortuitæ est p quā
raro seruit. Verūtamen ne a fortuna quidem aliena putatur medicina:Cum temporis oportuni
tatem utpote in corpore fluido propter instabilem materiā captare conueniat.deinde experien-
tiamam & hæc rationem exercet:atq; confirmat:eāq; morborum qualitatibus accōmodat : po-
stea iudicio quod cum a diuina ui quæ nobis in anima insita est omniū quæ sub intellectum ca
dunt sit capax:tria illa:artē:experiētiam:occasionē:dirigit atq; diiudicat.horū inquā nihil est qđ
hic aphrodiseus alexander non attigerit in cunctis sane excellens in primis autor.at ne sola qui-
dem hic medicinæ eminet utilitas:uerum omnis prorsus humanæ uitæ ratio percipitur : quod
præcepta ad bonos habitus comparandos adhibeat non corporis modo sed etiam animorū: q̄q̄
purgationes corporis ad animū quoq; transferuntur:at cum animæ cibus icorporeus sit erudi-
tio:hinc nobis licet intueri:q̄ ad corpus continendum:q̄ ad mentem instituendam salubria no-
bis præcepta tradiderit : nec sparsim modo ; sed etiam quæ sint quærendi genera ; quotq; sint
conductissima breuitate:& perquā perspicua claritate contexuit:quæ proponātur cuncta dilue-
re docens.at quoniam de quæstionum generibus fecimus mentionē neutiquā remur alienum
quotūdam doctissimorum hac de re hic proferre sententiam.ita enim illi quæstionum genera
diuiserunt:ut eorum duo prima esse uoluerint. Vnum quidem quod rem spectet infinitam:sine
aliquo definito complexu.alterum autem quod rem definitam spectet ; & eorum porro utrūq;
in duo alia genera partiti sunt.alterum quod ad cognoscendum:alterum quod ad agendum re-
feratur.nam aut ipsa cognitio:scientiaq; perquiritur ut medicina sit ne scientia an ars:aut agen
di consilium : ut sit ne medico capessenda cibos suggerendi cura cognitionis autem tris species
faciunt:coniecturam ; diffinitionem ; consecutionem. coniectura est ut cum quæritur sit ne in
magica uis ulla medicinæ.diffinitio:ut quid sit medicina:consecutio:cum quæritur quid quāq;
rem sequatur:ut quāobrem inter biles qui atrā bilem euomunt magno laborāt periculo: actio-
nis uero duas uolūt esse species:unā ad psequēdū aut declinandū: ut qbus rebus ad bonū habi-
tū corpus pduci possit:aut malū habitū deuitare.alterā quæ ad aliquod cōmodū usūq; referat:
ut quēadmodū apud ægrotū se habere medicū cōueniat.rursus cōiecturæ rationē in quattuor
partes distribuerunt.nam aut quid sit quærit ut quis sit corporis optimus habitus:aut quæ sit
origo cuiusq; rei:ut quæ sint naturalia principia:cuiusmodi sunt oēs obscuræ.aut in rebus natu
ralibus ; aut cæteris disciplinis causarū rationūq; quæstiones:aut causæ tractatio : ut si quærat
cur eminentissimi autores de naturæ principiis aut in ægritudine una tollenda inter se dissenti-
ant:aut de imutatione:ut si quæratur num in hominis anima morte aduentante intereat scien-
tia:an cōmutetur.diffinitioni proprietas: & diuisio & partitio deputantur : ut quid in omnium
mente quasi impressum sit.cum quid cuiusq; rei proprium sit exquiritur:ut in hominem ne so-

lum an etiam in beluas cadat mœsticia. Cum res distribuitur in partes: ut si quæratur: quot sint motuũ species; siue illi animæ siue corporis sint. aut cum quæ sit forma & quasi naturalis nota cuiusq; rei describitur: ut quænam forma urinæ sit quæ sanitatem pretendat aut contra. Consecutionis duas faciunt species. nam aut simplex est quæstio: ut si quærat cur oui uitellus facile concoquatur: aut ex comparatione: ut uitellus ne an albumen facilius cõcoquatur de expetendis: fugiendisq; rebus ut expetendum ne sit ægroto quicquam & pariter fugiẽdum: de æquo & iniquo ut æquum ne sit humana omnia diuino administrari consilio pertinaciter defendere. cõparationis duæ sunt species. Vna cum idem ne sit an aliquid itersit quæritur ut pus & sanies: eunuchus & spado: ut ab aristotele quæsitum est. altera cum quid præstet aliud alii querit ut plus ne ad comparandam medicinam prosit experientia: an ars: occasioue: aut iudicium. præterea nõ modo quid utilius: sed quid utilissimũ: Quæ uero referuntur ad agendum eorum duo faciunt genera. unum ad officium quo in genere quid rectum: faciendũq; sit quæritur: ut quæ inspicere quæq; percũctari medicũ apud ægrotum conueniat. alterum ad morum animi gignẽdum ut quãdo ac ut a medico animãdus est ægrotus spe: aut econtrario terrendus: & quasi suscitãdus sit Hæc fere sunt tradita a ueteribus quæstionum genera; unde problemata uaria quæ latine quidam proposita uocãt quintilianus ambiguitates. alii quæstiones. at quoniam græcum uocabulum apertius usu imperitate nobis occurrit græca potius utẽdum nobis appellatione cẽsuimus deniq; quoniam nos ut in præfatione iam satis multa locuti uidemur: alexandro ipsi aphrodiseo cedamus me interprete locuturo.

VICTOR pisanus Ludouico mucenigo: præcellenti in eloquentia uiro. S. P. D.

Singularis doctrina: facundia minime uulgaris: insignisq; tua Prudentia Ludouice mucenige: me iãpridẽ ad te amãdũ: & obseruãdũ cõpulerũt. Tua porro lenitas fecit: ut mutuus itet nos amor itercederet: ut alter alteri cũ sors ipsa tulit cõgratuletur: Pariterq; cõdoleat sicut in pñtiã mihi faciendũ duco. nã cũ ꝓximis diebus apud præceptorem nostꝝ Georgiũ uallã sicut de more ad eũ uentitare cõsueui: essem. audiui ĩpressorẽ quendam qui eius opeta ĩprimere & euulgare consueuit Alexandri aphrodisei problemata. quæ oli latina fecisset ipse Georgius ualla sibi ĩprimenda uæhementer exigere: q; Nicoletus nostri tpis philosophoꝝ oĩum acutissimus edẽda esse duceret: atq; magnope hortaretur. a præceptore quoq; nostro Valla accepi idem ut faceret hortari cum multos: tũ Lazarum quendam dactylum placentinum medicum longe ꝓstantissimũ quẽ alteꝝ nostri tpis Galenum frequenter solet appellare ita admiranda q̃dã doctrina ꝓcellit. Hoc cũ audiuissem auidissime mihi ipsum ostendi librum poposci: quem cum legissem Ludouice mi rerum tot tantarumq; cognitione. & orationis splendore iticensus rogaui apprime ut imprimeretur nec me continere potui quin tecum in tanto congratularer commodo: adeo enim argute de hominis natura brutorumq; rerumq; cæteraꝝ. uideas hunc philosophum medicumq; ꝓcipuum disserentẽ. ut non hominem sed naturam ipsam rerum loqui nobiscum credas. ea porro ĩterprete oratione nobis exposita ut ipsum iustum philosophum non alium nobis quæ dicat referre existimes. proinde nostræ huic congratulemur ciuitati: q; talem nacti fuerimus unum qui doctrina tam multiplici & præcellenti sit. Vt nostrum illustret sæculum. ita quottidie nouum in oĩbus passim sctentiis aliqd emergit ac ut. adhuc magis nostræ ciuitati congratulemur: hunc sublimen doctrina uirũ præceptorẽ nostrũ in diuerso dicẽdi genere multiiugos discipullis suis fructus igerere alii ipso dirigẽte rhetoricos: alii poeticos; alii mathematicos cõponunt cõmentarios ac ut alii in latinum græca conuertnnt. ita inter cæteros unus in dicendo minime infans historiam a prima hominum memoria ad proxima usq; tempora decem & nouem eneadibus conclusam in latinum transfert. ubi præter ea quæ in toto orbe terrarum gesta sunt uideas disciplinarum non inuentores modo. sed etiam quid illis subdiderint correxerintue quæ priores igenio suo aut alieno memoriæ prodiderunt. & quemadmodum ab exiguis principiis quasi pro gradus: ac pro manus ad summum culmẽ omnes conscenderint disciplinæ: dii immortales: quantũ nobis illuxit bonum q̃ multiplex ex uno uiro emanat fructus: & in posterũ annuẽte deo. Vnde bona omnia: futurus est. at iam hæc missa facio si enim prosequi uelim ut ipsa deposcit materia nullus eius laudum finis inueniretur. iam igitur te ad eius uisendam in scribendo peritiam & alexandri aphrodisei longæ præstantissimam dimitto doctrinam

tra transuersa in partẽ obiectá, Quæ autẽ præter naturam fiunt: hæc factu sunt difficilia. Sinistra uero manu partem pfricando dextrá nil tale pcipimus: quoniá hæc neutrá in partẽ apta potésq; est.

Cur breues deambulationes laboriosiores sunt. An q; crebro subsistimus; neq; æquabili incessu mouemur cum flectimus: quod certe laboriosum est.

Cur in sole cum stamus amplius recalescimus q̃ cũ mouemur, cũ tamen motus omnis uim calefactoriam habeat. An non oẽ mouendi genus calefacit sed est etiam quod refrigeret. Quod etiã in ollis feruentibus patet quotiens eas afflamus aut uersamus. An quia cũ stamus calor permanet, is autẽ cũ permanet ampilus calefacit quá cũ mouetur. Corpus etenim nostrũ uaporem de se quendam mittit assidue tepidũ qui proximũ aerem tepefacit quemadmodũ titio. Cum igitur quiescimus aer nos circunfundens calidus ob prædictá causam redditur. At cũ mouemur flatus excitatur qui refrigerare nos potest flatus enim quisq; frigidus est.

Quá ob causam qui equo currunt; quo contentius cursum atripit equus; eo magis lachrymas mittunt. Et qui pedibus eo magis quo intenderint uæhementius. Vtrum quonia aer occursans frigidus est frigus enim lachrymas mouet, quippe q; contrahendo condensandoq; carné humorem exprimat. An potius contra. Calor enim sudorẽ elicit lachrymá autẽ sudor quidá est, qua propter a concalefactione utrumq; mouetur & sudor & lachryma, salsaq; pariter ambo sentiuntur. Calorem autẽ efficere motus potest. An propter aeris ictum. Quomodo enĩ flatus aduersi occulos pertutbant; ita etiam aer qui se obiectat quo quis contentius equum agitat aut ipse currit eo magis ictu quodá molli obuerberat ferit quo fit ut se lachrymæ pmant: scilicet meatibus oculorum relaxatis appulsu eiusmodi. Oĩs etenĩ ictus uim aut secandi habet: aut collidendi & cõtundendi.

Quãobrem qui cursum concitate agunt conuulsis maxime corripiantur ubi quis intercurrendũ eis substiterit. An q; ea potissimũ diuellunt quæ in partẽ cõtrariá uæhementer trahimus atq; mouemus. Cum igitur homini currenti uæhemẽterq; mẽbra ultra propellenti quis obuiá factus obstiterit accidit ut in partem retorqueátur contrariá: quæ adhuc ante pertendunt atq; proripiunt. Itaq; diuulsio eo uæhemẽtior incidit quo cursus contẽtius agitur.

Cur ambulationes minus laboriosæ sunt quæ inæquales q̃ quæ recte aguntur. An q; delatio erecta secũdũ naturá corporis uniuersi est, Ideo ambulationes quas loca æquabilia præstat laboriosiores quá inæquabiles sunt q; in easdẽ partes laborẽ enim admouẽt, quod inæquales illæ non faciunt. Dispertiunt enĩ magis in omnes corporis partes, calidis uero tẽporibus actæ ambulatiões plus ualent quá frigidis, quippe quæ partibus externis laboris plus afferát: & quidẽ sudorẽ ob eá rem euocando extenuent, Frigidis cõtra carnem reddũt constáriorẽ: & stomachũ excitát ciborũq; faciunt auidiorẽ, Partibus enĩ internis calorẽ augent: mẽbrisq; ad frigoris appulsum torpentibus locũ intimum calore amplificato efficatius purgát, Carnẽ uero solidiorem efficiunt ut quæ per eam uniuersam nequeant superare. Accliues etiã ambulationes laboriosiores sunt q̃ decliues, magisq; extenuant, Faciunt enĩ accliues ut lũbi potissimũ laborẽt: decliues ut femora, Pondus enĩ totũ femoribus incumbens grauissime pmit: quod idẽ cum præter naturá sursum efferri, a calore cogat maiorem in modũ calefacit. Itaq; efficitur ut arduũ ambulandi genus sudores moueat spiritũ suspendendo extenuet lumbis dolorem infligat. Crura enĩ magna cũ difficultate se in sublime incipiunt lumbos inflectunt: frangunt: euellunt: quibus de causis labor præcipuus sequatur necesse est. Locis autẽ duris ac renitentibus habitæ ambulationes musculos & neruos crurũ effatigát, Quippe quæ contátiones tam neruis q̃ musculis moueát cũ enixu agátur uiolẽto. Mollibus uero & cedentibus locis facta ambulatione articuli potissimũ sentiũt, Flexus enĩ articulo℞ crebrescit cũ solũ succũbat dilabat̃ & cedat eadẽ questio est, Et cur locis arduis difficilis ambulemus, An qm̃ oĩs ingressus attollẽtia & positiõe cõficit̃, Attollere igit̃ præter naturá est ponere secundũ naturá pponere mediũ tenet, in ambulando autẽ locis arduis multũ fortis illius auet se natura pculdubio est.

Quare qui cursum ex equo atripiunt minus decidunt, An quod magis cauent q̃ timent.

Cur sedile alios ípleat: alios extenuet, Vtrũ habitus corpo℞ distát inter sese: ut alii calidi alii frigidi sint, ergo si ita est calidi íplent̃, Cibũ enĩ corpus ui sui caloris exuperat, Frigidi autẽ q; aduenticiũ calorẽ desiderát: quẽ ex mouendi rõne potissimũ corpus acquirit cõcoquere nequeunt dum quiescunt, An q; alii excrementis redundat & ob eam rem motũ desiderant alii non.

Cur partes corporis distendende sint: quod qui se exercitant facere cõsueuerunt. An q; meatus spiritu suo perpurgari oporteat.

Cur inflexo corpore cubare melius est quod etiá medici plæriq; præcipiũt. An q; uenter cũ recalescit cõcoquere celerius põt, Sic autẽ fit ut recaleat, Ad hæc locũ flatibus dare in quẽ incũbant, & innitant̃ oportet, ita enĩ minime infestabũt, hinc enĩ & uarices & cæteri abscessus iuuát q; uentriculos continent in quibus flatum recipere queunt, Ergo corpore extento cauerna nulla eiusmodi adigi potest, locũ etenĩ omnẽ uiscera occupát, inflexo aũt singula laxátur & sinuant̃.

Cur uertigo surgẽti potius accidat q̃ sedenti, An qm̃ quiescenti humor uniuersus unum in mem-

brum se colligit, & quo cruda etiam oua nequeunt circumuerit. sed protinus decidunt. Mouenti autem humor se æque expandit. Surgimus igitur a quiete, q̄ ita affecti sumus. sedemus uero a motu quo humor æquabili modo quaq; uersus se porrigit.

Quam ob causam cū parte corporis dextra cubamus sōnus magis accedit. Vtrū q̄ uigilantes contra quā dormiētes habemus ergo cū uigilando parte accubemus sinistra, contrarium sequetur in dormiendi initio cum id contrariū sit. An q̄ somnus priuatio motionis est. Partes igitur quarum mouere interest quiescant oporter. Dextrarum autem partiū mouere interest. Cū autem ita accubamus uelut initium quod de resurgendi detentum obligatūq; habemus.

Cur torpeamus & cur manus potissimū & pedes. An q̄ turpor refrigeratio est. Fit enim propter sanguinis priuationem translationemq;. Manus autem & pedes omnium maxme partium carnis inopes nerui uberes sunt, sed præcipue pedes, itaq; ad refrigerationem celerem sua natura nimirum habiles redduntur.

Cur libenter in latus accubamus sinistrū. in dexterū autē potius dormimus. Vtrū quoniā conuersi ad lucem minus dormire. somnus cui in tenebris ocius obrepit possumus. An q̄ dum in latus accubamus sinistrum uigilare magna ex parte consueuimus. & operum functio sic nobis expeditior est. itaq; ad contrarium opus contrarius habitus siue situs requiritur, inuitatur autem quisq; magis ad opus fungendum habitus sui ratione.

SEXTA PARTICVLA QVAE AD CONSENSVM NATVRE ANIMANTIVM PERTINENT.

CVr a morbis nonnullis ægrotant qui appropinquarint a sanitate nemo sanari potest. An quoniā morbus motio est. Sanitas autem quies ergo illa mouere potest hæc non potest. An q̄ alterum non uoluntarie, alterum uolūtarie accidit Res autem nō uoluntarie a uoluntariis consultisq; plurimum differunt.

Cur oscitanti sæpe in oscitando respondemus & cū mingentem quēpiam uidimus ad mingendum mouemur, quod iumentis præcipue accidit. An ꝓpter memoriam: Mouemur enim ea ipsa parte quotiens meminerimus, hominibus tamen quia sensu prædīti sunt faciliori. statim ubi uiderunt euenit ut moueantur, reminiscanturq; iumentis autē uidisse non satis est sed alio quoq; sensu opus est. Quāobrem addito etiam olfactu mouentur. quoniā sensus hic in brutis mobilior est. Vnde fit eodem in loco sequentia mingant omnia quo primū eminxerint. Tum enim præcipue mouentur cum olfaciunt autem postea q̄ apporpinquarunt.

Quāobrem cum secari quēpiā aut uri aut torqueri, aut aliqua re terra affici uidemus animo uicem eius doleamus. An q̄ omnium communis natura humana est, ignoscimus ergo cum tale quidpiā inspeximus propter naturæ consortionem & familiaritatem. An quomodo nares, & aures delibationes quasdam rerum obductarum pro sua facultate concipiunt, sic etiam aspectus afficitur & a re delectabili & a tristi.

Cur a rabie & lippitudine & scabie capiūtur qui appropinquarint ab aqua autem intercute, aut febre aut stupore attonito, aut aliquo ex numero cæterorū malorum capi nequeunt. An a lippitudine quoniā oculus pars nostri corporis immobilissima est, cæterarū maxime omnium rei sibi obiectæ similis reddi potest quippe qui facile moueatur ab eo quod moueat, itaq; fit ut cū ꝑturbatū obspicit oculum, facile ipse etiā perturbetur. Talis autē contagio ideo fit, quoniā spiritū uiciat grauēq; reddit. Celerrime autē oēs morbis arripiuntur his qui spiritu corrupto proueniunt quale est omne pestilens genus. Qui autē appropinquarit talē profecto spiritū trahit qualē æger ille reddiderit. Aegrotat igitur: quia morbiferū est quod spiritu trahitur. ab uno autē morbum excipit quoniā unus ille sic spirat. Cæteri secus. eundē uero quia quo ægrotauit hoc non aliter spirat q̄ fuerit affectus. Sed scabies magis q̄ lepra cæteraque uicia generis eiusdē afficere potest quoniā per sūma corporis errat & humore manat glutinoso. Genus nāque prurientiū oē tale est. itaque idipm quia per sūma oritur glutinosūque est nimirū idcirco attingere potest. Cætera nequeunt. uel quia non per summa proueniunt, uel quia persistere suam ob siccitatem non possunt quamuis per summā cutem oriantur.

Quid est q̄ nōnulla ex his quæ audiu brisia nobis occurrunt ut inhorrescamus efficiant ut serra cum exacuitur. & pumex cū secatur: & lapis cū mola frangitur. Quæ autē notæ affectionum patent aspectui hæc genera affectionū ipsa in nobis creant. dentes enim stupescunt cū aliquos rem acidam edentes aspicimus Et plerique cū homines laqueo suspendi uel aliter strangulari uiderent ipsi defecerunt. An q̄ uox omnis genusque omne strependi spiritus est qui nostrū subiens sensū mouere nos solet. Cūque suum motū uel magnitudine uel pulsu uæhementiore amplificauit. aliquid ex his quæ nostro in corpore latent immutant & sæpe interimit. Ergo spiritus qui q̄uis magni lenes tamen adierunt. hi sedem ipsam cōmouent sentiendi. & læticia ob eam rē nos afficiunt. Asperi autē quoniā ictū inferūt uæhemētiorē sedē utique illā cōcutiūt. lōgeque ꝑ ictus sui facul-

tate se porrigunt. Quod idē res quoq; frigide faciunt. Frigiditas enī uis quædā est. sed hāc horrorē inuehere posse dictum iam est. asperitas uero ꝙ pulsu frequāte initiū pilorꝫ cōcutiēs in perte pellit aduersam. efficit ut pili se erigant. Pulso nāq; initio cacumē pilorꝫ se transferat in partē aduersam necesse est. itaq; fit ut pili exurgāt. oēs eni deorsum ꝓcūbunt. Et spiritus quoq; qui per aures corpori se insinuat: de sūmis ad ima se defert. Ergo cū soni quos modo diximus asperi sint horror utiq; ob causam ꝑdictā moueri potest. Sed euenit ut cæteris partibus potius q̄ in capite moueat. quoniam ut pili partium cæterarum imbecilliores sunt. sic affectus hic imbecillus occurrit. Cur uero sensus audiendi quam uidendi obtusior sit. affectus quoq; hebetiores per sūma errant: q ab coipso ꝓficiscunt. Horror autē talis est quāobrē multis ac uariis causis existit. Sensus uidendi uero cum oīum exq̄sitissimus certe sit. euēta quoq; ipsa pro sua ꝑstātia solet ingerere. Quo circa efficit ut ipsi ueri affectus ꝓficisci ex eo possin q̄uis uero leuiores. At in sensu audiēdi ut ipsos minime: sic eorꝫ expectationē nimirū horramus: Rei enī tristis & anxie expectatio existit.

SEPTIMA PARTICVLA QVAE AD RIGOREM ATQVE HORROREM PERTINENT. THEO. INTERPRETE.

QVa de causa liuidi qui rigent efficiunt. An qm̄ sanguis appulsu frigoris gelascit. gelatus autē nigrescit ꝓpter caloris inopiā. Albedo nāq; igni tribuit. Quapropter his maxime qui ætatē ꝓcesserūt caro liuescit eo ꝙ calorē minimū obtinent.

Cur extrema corporis maxime rigēt. An ꝓpter angustiā. Foramina enī quæ in his insunt angusta parū obtinent sanguinis. & ob eā rem parū caloris sortiuntur. Sanguis enim calidus est.

Cur pedes magis tunc rigent: cū suspēsi tenent. Vtrū ꝙ frigus amplius ad eos aspirat. An ꝙ sanguis in breuiorē se cōtrahit partē. itaq; reliquū frigori opportunius reddit: cū calor desit.

Cur tpe frigido maxime uis illa famis intollerabilis incidat qui caninus appetitus uocatus est: & hiberno potiusq̄ æstiuo. An ꝙ uiciū hoc ob inopiā alimēti sicci solet accidere. Tpe aūt frigido: hiberno cū calor in angusta se cōtrahit ocius interdū deficit alimētū quod cū defuerit: uiciū id esuriendi accidere cōsentaneum est. at si in ea cibi uiciosa cupiditate resolutio ībecillitasq; secuta est materia statim interna corporis a collecto calore colliquescit. quæ si ad locū cibo a natura destinatū influxerit. pro cibo seipsam corpori applicabit. sed si spirandi sedē aduerit. obmutescere atq; lāguere necesse est. obmutescere inquā quoniā spirādi meatus intersepit: atq; obsidet. Languescere aūt est ꝓpter mediā cōsūptionēq; corpis. Celeriter tn̄ paucisq; remediis subuenit: eo ꝙ eius mali ort⁹ extrinsecus est. Frigus enī calorē corporis nostri intus cōpellēs ac cōtrahēs insatiabilē edendi illā cupiditatē iniicit atq; intēdit. Quāobrē quō qui in metuēdo tremebāt pallebātq; periculo demū liberati subito ad priorē redeūt statū: sic etiā esuriētes illi ubi parū sūpserūt panis citissime recreātur: ut qui ui paulo a naturæ rōne sūmoti aberrent nō qui penitus corrupti desciscant. Quod enī naturæ tenorē in partē aduersam uiolat idē suæ naturæ eundē restituit. Ergo dimisisse tātūmodo satest. quemadmodum cum aduersi inter se pueri funem enixi retrahunt. Quippe qui fune dimisso resupini protinus decidant.

Cur hoīes pleni admodū rigēt cū tn̄ pingue oē calidū sit. An ꝓpter amplitudinē molis ut lōge a calore interiore distāt partes extremæ corporis sic ꝓpe ab extremo frigore absunt.

Cur exercitati frigus uæhemētius sentiunt q̄ inexercitati. Vtrū qm̄ pingue cōsumptū a laboribus est. quod utiq; teporē ꝑstare potest. Calidū enī opimū est. an ꝙ spiratiora solutioraq; corpora eorꝫ ideo sunt: qm̄ pingue excrementūq; oē detactū est. ita ut frigus arcere nequeāt: an ꝙ meatibus ꝑ per sudationē patefactis ueluti hostia cōplura aperiunt habitū aūt nō eūdē sanitati: & robori eē idoneū manifestū est. alteri nāq; pinguis alteri laxus uidetur plane cōuenire.

Cur ut aqua frigida: sic etiā calida insusa horrescimus. Res enī cōtrarias inter se idem efficere posse absurdum est. An frigida insusa calor interior extinctus horrorē mouet. calida autē frigus externum circū obsistens in unū seq; profugū intercolligens efficere idētidē potest: quāobrē utrūq; ab eodē agitur. Verum alias ab interiore alias ab exteriore ut dictum iam est.

Cur pili in cute inhorrescunt. An ubi cutem cōtraxerant merito eriguntur. contrahūt autem & rigore & aliis plærisq; affectibus.

Cur ad extremā urinæ missionem inhorrescere solemus. an dum humor calidus ille inest. Vesica & meatus qui circa eam positi sunt pleni expertesq; frigoris substāt. Post uero ubi effluxerit aere frigido replētur. Quippe cū inane nihil esse naturæ ratio patiatur: sed aut aeris aut corporis plenū esse unūquodq; necesse sit. Quod igitur aer se induxerit frigidus recte ut inhorrescamus euenire solitum est.

Cur lingua rigentium quemadmodum uinolentorum errare soleat. Vtrum ꝙ a frigore cōcrescit ac indurescit mouenti difficilis redditur: itaq; explanare non potest. An quia partes exteriores appul

su densantur frigoris humor intus collapsus linguã madificat exquo suo fungi officio lingua nequit ut de uinolentis etiã diximus. An q̃ per tremorẽ a rigore inductũ motus temere agiť. Articulate uocabula lingua edere nõ potest, itaq; oberrat & hesitat.

Cur pili rigentiũ eriguntˀ. An q̃ ex refrigeratione calor in partem interiorem se colligit. Vbi autem carni caloris beneficium defuit; magis coagitur. Quod cũ fit pili erectiores effigi coguntˀ.

Cur hieme cũ currimus magis rigemus q̃ cũ stamus. An q̃ aer nostra ambiens corpa cũ stamus ubi semel cõcalefactus est nullã p̃terea molestiã infert, cum autẽ currimus alius atq; alius subinde frigidus occurrit: itaq; facit ut magis rigeamus. Ad hæc aer cum mouetur frigidior redditur; quod quidem in currendo maxime incidit.

Cur tpe matutino frigus acrius est cũ tñ sol ,ppius absit. an q̃ plus tpis absentie solis exultat: itaq; terra magis rafrigerata est. an q̃ die instante ros & pruina cadere solent quæ frigida sũt. an hæc ẽt iõ cadũt; qm̃ calor qui sursum se extulit ui frigoris supatˀ; idq; nõ nisi solis absentia euenit. Quocirca cũ lõge distat nõ cadũt cũ ,ppius tũ cadũt atq; gelãtur q̃ locus uæhemẽtius refrigeratus est ,ppter solis diuturniorẽ absentiã. an die instãte potius flatus incitãtur nocturni; qui gelidi ad modum spirãt. an nobis frigus acrius idcirco esse uideatur q̃ cibi cõcocti iam sunt, inaniores autẽ cũ sumus, frigus utiq; acrius sentimus argumentũ q̃ a uomitu maxime frigere solemus.

Cur ubi sternuimus uel minximus plærũq; inhorremus. an q̃ ratione utraq; uenis subtrahitˀ q̃ cũ redditæ sint ianiores: aer ingreditur frigidus qui rigorem ciere potest.

Qua de causa qui uæhementer frigẽt si statim copioso igne cõcalefiãt indolescũt. si paulatim uero tepefiãt sine magno dolore recreabuntˀ. an q̃ oĩno cũ ex cõtrariis cõtrariũ proficiscitur magna efficı cõmutatio solet; ut in arbore siquis paulatim deflectit nihil est q̃ stirps ipsa laboret. at si uæhemẽtius corripit; nec sensim adducit; frãgatur necesse est. Ergo si simile a suo simili affici nihil potest. Vt aũt calor hominis frigẽtis intus se consistit: & colligit sic humor & rigor parti exteriorĩ relinquuntˀ; cõtrariũq; sui cõtrarii corrũpens est efficitur recte ut si sensim paulatimq; tepefiãt calor prouocetur & exeat. itaq; minus doleant: sin subito recalescant amplius adducatur & astringatur: itaq; dolendum acrius sit.

Cur refrigerati magis ab eodẽ calore urimur atq; dolemus. Vtrũ caro suæ causa densitatis calorem occurrentẽ sibi tenacius suscipit ex quo plumbũ calidius redditur q̃ lana an calor ui penetrat eo q̃ foramina nimio frigore congelauerunt.

Quã ob causam nõ rigent qui irascuntˀ. an q̃ ira & excãdesentia timiditati cõtrarii affectus sunt. Est aũt ira ex igne ,pficiscẽs. Cũ enĩ intus copiã ignis retinemus cõcalescimus: quod maxime in puerili ætate p̃spicere licet. Pueri nãq; primũ spiritus copiã retrahũt deinde rubescũt. calor enĩ cũ intus affatim substat atq; humificat: facit ut erubescãt. Nã si quis large aquã frigidã his infuderit irã sedabit. Sic enĩ calor extinguitˀ. Pauidi autem & perterriti contra rigent enim & frigidi pallidiq; redduntur. calor nãq; eorum se sũmis de partibus se uocat ad imas.

Quãobrem quotiens inhorrescimus pili eriguntˀ. an q̃ in humore occlusi cõtinentˀ. humor enim a pili altitudine uincitur. horror autẽ pulsu frigoris fieri solet. Frigus uero calidum humorẽ congelet, naturæ ratio uult. Ergo ubi cõmutatus cõgelatusq; humor est in quo pili inherent pilos ipsos mutari cõsentaneũ est. aut igitur in partẽ aduersam se trãsferrent in in eadẽ manebũt: si rursus uincere humorẽ potuerint. At uerisimile nõ est ut humorẽ gelatũ coactũq; pilus uincere suo ponduſculo possit Ergo si pilus undiq; gelido humore obsessus ne quo ualeat inclinari: restat sane ut erectus cõsistat. an qm̃ calor pulsus frigore ad locũ interiorẽ se colligit. Vbi autẽ calor se a carne dimouit; caro plenius cogitˀ coactaq; pilos eminẽtius erigi cogit quõ si cũ terræ festucam: aut aliud quodlibet infixeris construas. atq; undiq; terram colligas: efficies ut magis erigi possĩt quod infixum est q̃ si terra minus esse coactum sciueris.

Quã ob causam qui rigent maxime dormire non ualeant. An quoniam qui riget spiritum magis tenet q̃ laxat. qui dormit magis reddit q̃ attrahit. Facit igitˀ rigor ut cõtra agatˀ q̃ cũ dormitur.

OCTAVA PARTICVLA Q VAE AD RES NATVRALES COMPENDIO PERTINENT THEODORO INTERPRETE.

CVr in animantium genere alia tussiunt alia non. Verbi gratia: homo tussit bos minime. Vtrũ q̃ cæteris maxima ex parte excremẽtum aliorsum se uertit: homini autem eo conuerti natura uoluit. an q̃ homo maximum humidissimũq; cerebrũ continet. Tussis autem pituita distillante fieri solet.

Cur homini tãtũmodo ex omni animantium numero sanguis e naribus defluit. an quoniam plurimum cerebri idẽq; humidissimum homo continet. Vnde uenæ excrementis per ora eodem tendentia nimiũ replete profundere inde coguntur. Sãgtus enim uicia-

tus quisq; integro tenuior redditur. Talis aūt est qui se cerebri excrementis miscuerit. Et quasi in samen degenerat.

Cur alia ex animātibus sub cutem: alia intra carnem, alia utroq; modo pinguescere consueuerunt an quibus densa est caro his inter cuten & carnem humor ꝑtenuis cogitur ꝙ is semper sua natura eminet atq; residet qui tandem concoctus pingue effici solet. Quæ autē carne sunt rariore cutēq; gerunt obuiam hæc opima intra carnem redduntur. Quæ uero utroq; modo se habent, utroque etiam pinguescunt;

Cur uitiliginem pueri; mulieresq; minus habent quam uiri. Et in eoipso fœminino sexu quæ prouectæ ætate sunt magis habent quā minores, an ꝙ uitiligo exitus spiritus est corpora autē puerorū contextu denso non facili expiratu constāt & mulierum minus expirant q̄ uirorū. Spiritus nāq; in menstrua se auertit fœminę densitatē uero leuitas eiusdem satis declarat. Quæ autē corpora ætate processerint aut consenuerint respirantiora euadunt, hæc enim modo ædificii ueteris structuram suarum partium laxiorem iam habent.

Cur homo tantum habeat uitiliginem. Vtrum ꝙ tenuissimā is ex omnibus animalibus cutē habet simulq; flatibus redundat, indicium uero ꝙ uitiligo partibus tenuissima cute obtectis maxime primumq; existit, an & his ipsis de causis & præterea ꝙ homo unus ex omnium animantium numero canescit. Quippe cum in uitiligine pili canicie immutētur itaq; fieri non potest ut uitiliginem habeant quæ unnquam canescere soleant.

Cur capris & ouibus lac plurimum demulgetur quæ corpore non maximo sunt homini autē & bobus minus: scilicet ad corporis ꝓportionem. Vtrum ꝙ his copia in corpus absumitur, cæteris in excrementum se confert, ouibus autem & capris q̄tum excremēti accesserit oē i lac transit, an ꝙ plura gignunt q̄ quæ magno sunt corpore itaq; plus attrahunt excrementi quoniam plura alendum sit. An his grauidis plus excrementi propter corporis imbecillitatem redundat. Lac autem excremento consistere certum est.

Cur animantium alia cum aquam mutarint colorem suū amittūt similia quæ loci illius domesticis redduntur ut capræ alia uero nunquam amittunt ut homo ad summam cur alia non ut coruus, q semper inconmutabilis persistit an quorum natura uincere perdomareq; humorem non potest ut auium quæ uesicam quoque nullā ob eā rem obtinēt hæc nusquā mutari possunt.

Sed cur non illa eadem sed quæ nata ex his sunt hæc mutentur, an quod recens nata suis parentibus sunt infirmiora:

Cur mares corpore maiori ex toto pene sunt q̄ fœminę, utrum ꝙ mares calidiores fœminis sunt q̄ res uim obtinet augendi an quod mares prediti natura integra sunt, fœminę manca oblęsaque desciscunt an quod mares longo temporis spacio perficiuntur fœminę breui.

Cur in animantium genere alia breui tempore pariunt alia diu gestant, an longius perfici solent qbus longiora sunt uitæ spacia. Sunt autem partu tardiora quæ longo tempore uiuunt: Sed non uniuersaliter idest. Equus eni ut tardius maxime quā homo parit: sic uiuere minus potest. Cuius rei causam uuluæ siue uteri duricies habet. Quomodo enim ager sitiens, haud cito suas stirpes enutrit sic durior uulua equarum in formando nutricandoq; suo fœtu remoratur.

Cur proles ceterorum animantium magisquā hominis suis parentibus similem gerit naturā an ꝙ homo uago uarioq; plurimum animo in coitu est prout autē pater materq; in cōceptu affecti fuerūt ita partus euariant. Cætera uero animantia omnia aut certe plurima rei tantum ipsi intendunt: totaq; sese ueneri dedūt. Adde quod ob eā auiditatem minime repleri magna ex parte patiuntur.

Cur albi tam homines quā equi oculis magna exparte cesis sunt, an cum oculi quoq; color consequitur itaq; haud immerito cesius est.

Cur homines uaria statura proueniunt. Vel potius querendū in uniuersum cur in animantiū genere alia paruo alia magno consistant corpore causa duplex sane reddi potest, aut enim locus aut alimentum id facit Locus si angustus est alimentum si exiguum quod etiā partu iā edito nonulli efficere conantur, ut qui catellos in caueolis occlusos educāt. Quibus itaq; causæ locus est hi pomiliones redduntur. Sunt enim latitudine quidē ꝓfunditateq; pro magnitudine suorum parentū breues tamen oīno. Cuius rei causa est quod recte lineæ in aduncas se flectunt, igitur quomodo tabernarum picturæ: quāuis breues tamen distente in latitudinem profunditatemq; cernuntur ita pomiliones quoq; formari ex loci angustia incidit. At uero qui ob alimenti inopiam perfici non potuerint, hos membris quoque puerilibus constare uidemus. Fitq; ut aliqui quāuis breues admodū sunt modice tamen coagmentatas omnes sui corporis partes habeant. Mellitenses catelli. Ratio enim quod non ut locus, sic natura suum efficere opus soleat.

Cur in animantium genere alia maris ac fœminę coitu creantur, alia concretis quibusdā prouenīūt similiter atq; primus eorum ortus extiterit queādmodum qui de natura docent, primum animantium ortum mutatione dimotioneq; mundi uniuersiq; orbis ingente differunt extitisse. Et ꝙ nūc

si rursum ortus eiusmodi futurus sit tales motiones aliquas pcessisse oportebit. Principium enim rei cuiusq; maximum est. Quippe quod rei dimidium sit. Semen aũt genitale principiũ esse certũ ẽ Ergo minutorũ animalium quorumq; ortus nullo agi mutuo cõcubitu solet cã cur ut ꝑncipio extiterunt creari nũc etiam possint seminis exiguitas est. Rei namq; minoris minus quoq; principium esse conuenit. Quamobrem huius etiam seculi mutationes semẽ animãtiũ minutorũ generi satis cõtrahere possunt quod sæpius usu euenit. Tũ enim maxime oriũtur cõmutationes tẽpoꝝ ĩcesserunt. Maiorum aũt genus mutationẽ quoq; pro sui magnitudine desiderat ampliorem.

Cur animãtiũ alia partu sũt numeroso, ut sus; canis; lepus. Alia nõ ut homo, ut leo. An ꝙ alia uuluas siue uteros cõtinẽt multos totidemq; formandi loculamẽta quibus impleri percupiũt quibusq; semen genitale diuidẽdum inserẽdumq; est. Alia contra se habent.

Cur homo inter animantes oculorum minimum pro sua magnitudine habet interuallũ. An ꝙ oĩum maxime naturali solertia homo constat. Sensus autem contuẽdi partem uersus priorẽ natura posuit: id enim conspicere oportet in qđ nos ducit ratio mouendi. Quãto aũt oculorum plus discriminis sit: tanto magis cõspectus urget in latus. Qui si secundũ naturã sedẽ debeãt obtinere q̃ minimũ esse interuallũ certe oportet. Sic enim partẽ uersus priorẽ ingredi maxime possumus. Ad hæc cæteris animantibus cũ careãt manibus despiciãt prorsus in latera necesse est itaq; plus eorũ oculi distãt inter sese, & maxime ouium eo ꝙ maxime ꝓno capite ĩ grediuntur.

Cur cæteris animantibus parti nunquã ꝓfusio seminis per somnũ incidere assolet parti raro. Vtrum ꝙ nullum homine excepto resupinũ cubare cõsueuit. Nullũ autẽ nisi resupinum semen profũdere potest. An ꝙ cætera non pariter ut homines seminãt. Seminis autẽ per quietem illa profusio nõ nisi cum imaginatione fieri potest.

Cur animalium alia caput moueant alia non moueant. An ꝙ quæ collo carent ea caput mouere nequeunt. Nonnulla autem cadent collo.

Cur in animãtiũ genere homo sternutare maxime solet: Vtrũ ꝙ meatus obtinet, ampliores per quos spiritus odorq; subeunt. Quo nãq; arctiores meatus sunt: eo magis uim obtinent obfaciẽdi, quod si in ampliores plus humoris ingreditur, quo infecto sternutamentum fieri solet. Talis autem genus hominum omnium maxime animantium obtinet, merito homo solus sternuere sæpissime cõsueuit. An quod homo breuissimis naribus est ita ut humor concalefactus celeriter commutari in spiritum possit cũ cæteris refrigescat prelongitudine priusq̃ mutetur.

Cur nullus animalis lingua est pinguis an qm̃ pingue unũ quodq; dẽsum est lingua autem rara sua natura propterea est ut percipere possit genera saporum.

Cur fœminæ intẽto corpore mingũt mares minime, an ꝙ fœminarũ uesica remotius tũ ꝓfũditate tũ lõgitudine sita est iacet enĩ uulua earũ interius sedẽ atq; uesicã, itaq; humor emittẽdus uĩ ꝑpter spacium uuluæ desiderat pleniorẽ quæ per spiritũ corpore intẽto acquiritur.

Cur sues hibernum pilum amittere non solẽt cũ ceteræ q̃drupedes soleãt, nã & canes & boues certe amittere assolẽt, an ꝙ sus calidissimus omniũ est partiq; calenti corporis eius pili adhærent quippe cũ pingue talis esse necesse sit cæteris itaq; uel quia humor refrigescit pili defluunt. Vel quia suus calor alimẽtũ concoquere non põt. Suibus uero non idem incidit uel quia nihil humor interior affici põt, uel quia bene alimentũ cõcoquitur. Nã & si quando causa cur defluant sit pinguitudo tamẽ uetare potest. Oues ac homines propter sui pili tum densitatẽ tum copiam non ita affici pulsu frigoris possunt. Non enim altius refrigerationi subire licet ut possit uel humorem gelare uel calorem concoquendo seuocare.

Cur ouibus expilatis mollior pilis subnascitur homini durior. An ꝙ ouiũ pili summæ cuti cohærẽt euelliq; ob eam rẽ sine ullo possunt labore cũ initium alimenti integrũ maneant quod carni iunctum est. Meatibus itaq; patefactis excremẽta respirare melius possũt uellus enĩ ꝓprio carnis uescitur alimẽto. Caro aũt molli dulciq; alitur pabulo. Hominũ cõtra ꝙ altius pili inhærẽt, per uim sũmoq; cum dolore euellũtur. Constat id quandoquidem sanguinem secum dettahunt. Corpore igitur saucio euenit ut tandem cicatrix obducatur. Vnde fit ut uel finem pili amplius promendi faciant qui euulsi fuerint, uel quãdiu prætereã promere possint duri extrudantur eo quod omne ualẽs alimentum carnis exhaustum est; nec nisi materia inutili & superuacua pilus prouenit. indicium quod hominum omnium plagam inhabitantium meridianam pili duriciem præ se ferunt, quoniam calor exterior altius corpus subiens alimentũ concoctu facilis absumat in uaporem. Contra eorum qui sub aquilonem incolũt molles lasciuiq; fundũtur quod his sanguis dulcisq; sapor per sũmam potius fluitat formam: q̃obrem his color quoq; hilarior est.

Cur ouiũ pili eo duriores sunt quo prolixiores hominum contra molliores quo prolixiores. An ꝙ ouium pili qui quale diximus capiunt alimentum ubi procul se ab suo, deduxerunt initio ieiunius uescuntur. Et alimentum quod inest ui caloris facile pro sua inconcoctione euaporatur. itaque siccitati duriores redduntur. molle nãque quod humidum est. hominum uero pili minus

q̃ alimẽti q̃ suo initio hauriũt sed conquoquit̃ plenius qm̃ minus est cõcoctũ autẽ pilũ efficit mollioré.cõcocta enĩ quæq; molliora in cõcoctis teddunt̃.indiciũ ꝙ oues recentes uellera molliora gerunt qui uetulis copia nãq; excrementi pilũ & ouis & hominis procreat.

Cur hirci hoĩes & aues ueneris sunt auidiores.An ꝙ natura humida & calidaisunt qua quidẽ utraq; qualitate opus ad coitũ est.Calor enĩ excernit humor excernitur. hæc eadẽ ratio ẽ cur etiã claudi homines sint salatiores.his enĩ ut parũ alimẽti deorsum ꝓpter crutiũ uiciationẽ labitur. sic mulrum loca petit superiora seq; in sæmẽ cõuertit.

Cur homini nulla iuba data a natura est.An qooniã barba data est.Ergo quod excrementiciũ alimẽtum cæteris animantibus in ceruicen se confert:id homini maxillas adire solitum est.

Cur pedes animalia pares habeãt.An ꝙ fieri non potest ut aliquid moueatur:nisi parte aliqua sui cõsistat:dũmodo non prosileat.cum igitur ex duodus illis motu & statu cõfici ingressum necesse sit. paritatis iam inde ratio paret:bipes enim altero pede mouetur:altero stat.Et quadrupedes quoq; cũ duobus mouet̃.reliquis duobus innitit̃.Pariq; modo de cæteris quæ uel senis uel etiã numerosioribus pedibus ingrediũtur animaduertere licet.

Cur equis & asinis pili e cicatrice ꝓmere sese possunt:hoĩbus aũt nõ possunt.An ꝙ cæteris animalibus tergus pars per se corpis est hoĩs aũt cutis ueluti affectus carnis exultat.Quippe quæ sũma illius forina refrigẽte solidiuscula existere uideat̃:quẽadmodũ crustæ in pulte supducunt̃:quas uetulas appellamus.cũ itaq; illæ nõ nisi farina elixa sint.hoĩs quoq; cutis noiata nõ nisi caro putanda est.ubi igit̃ hæc uel uulnus acceperit:uel attrita fuerit.incidit ut hoĩs quidẽ caro condensetur. Quãobrẽ sũma corpis parte ĩmutata uulnus nõ eãdẽ cõpagẽ capit:qua corpus iam inde ab ortu naturæ extitit.cũ itaq; hæc ĩmutata sit nihil ꝓfecto absurdũ fuetit si ex ea nõ idem p̃terea ꝓficiscat̃.Sicut in aeris quoq; appellatis licet pcipe. Nã illas etiã corporis sũmi corruptionẽ ĩmutationẽq; corruptionẽq; eẽ nouimus.At iumẽtis attritis ubi ad sanitatẽ redierũt partes:uiciatæ corporibus denuo eisdẽ replẽtur.Quapropter debilioribus quã principio fuerint.Sed cũ etiã cutis corꝶ pars sit cõfici pili ꝓuenireq; possunt.Cute nãq; pilos enasci certũ est.Sed cãdidi ꝓpterea oriuntur: qm̃ ut secũda hæc cutis imbecillior q̃ prima est:sic pilus cãdidus ille ĩbecilimus exit.

Cur in aĩaliũ cæteroꝶ genere seruari æque gemini possunt q̃q̃ sexus sunt utriusq;.iu hominũ autẽ non possunt.An ꝙ homini maxime partus geminatio cõtra suæ uetutæ legẽ accidit:singulos enĩ parere sancitũ est.tũ in geminis ipsis marẽ ac fœminã creari natura oĩno recusat.Ergo quod maxime contta naturã est id & imbecillimũ esse ratio postulat.

Cur equis & asinis pili e cicatricibus possunt euenire.hoĩbus aũt nõ possunt.An ꝙ cicatrix uel suã ob densitatẽ ĩpedimento est.Vel quia deprauat nutrimẽtũ hoĩbus itaq; ex toto ꝓpter pili ĩfirmitatẽ ĩpedimẽto ẽ:eqs ãt ne pili exeant nunq̃ est:sed deprauat facitq; ne prior integritas seruetur.

Cur pares pedes naturã aĩantibus dedit. An cuiq; cũ mouetur partẽ aliquã requiescere necesse est. Quod si pedes ĩpares essent ne hoc fieri posset accideret.Agitur enĩ motus situ obuersatio pedũ.

Cur aĩalia ut minus tpis dormiunt q̃ uigilent sic nõ cõtinue sed uicissim modo uigilãdo:modo dormiendo sõnũ suũ pficiũt.An ꝙ nõ simul oĩs uacãs materia coquit̃.sed ubi pars aliqua est cõcocta leoatũ iã aĩal expgiscit̃.Et uero sæpius illi expgiscuut̃ quibus ea pas frigida est quæ excremẽtum domat & cõcoquit.Fit enĩ ut celeriter sæpeq; cesset̃.Cessatio aurẽ nõ nisi expergefactio est. Suauis quoq; res ipsa:qm̃ requies est nõ ĩmerito esse uidet̃.Sed nihil quidẽ plus tẽporis ĩmunere naturaliũ actionũ cõsumimus:nam & si esse suauis est q̃ nõ esse:non tamen plus tẽpotis propterea edimus quã a cibo abstinemus.

Cur animãtium alia stati parentes sectant̃ alia sero:ut homo uel uix nunquam.An ꝙ alia eito uim recipiũt eognoscẽdi:alia sero & alia rei sibi cõmode sensum obtinẽt alia carẽt quæ igit̃ hæc ambo sensum dico rei cõmode:suiq; corporis pfectionẽ sortiuntur. hæc parentẽ sectari ꝓtinus queunt. Quæ nõ utrũq; illoꝶ habeãt hæc id facere ipsum nequeũt.opus enĩ est & uiribus & sensu.

Cur genus uitiliginis quod leuca appellat̃ quasi albã dixeris cæteris aĩalibus cõtrahi nequeat. Vtꝶ ꝙ hoĩbus morbo hæc est:cæteris aũt aĩalibus tetgora uaria piliq; eodẽ modo albedine efficiũtur. Attamẽ ambiget aliquis queretq;.Cur nõ postea:sed statim ab ortu naturæ uarietas illa existere soleat.An ꝙ cæteroꝶ animãtiũ tergora dura sunt.homo aũt e natura præ tenui cute cõtinetur.Vitiligo autẽ spũs secretio est.Qui cæteris animãtibus externi tergore denso prohibetur.

Cur ubi uitiligo canicies quoq; est reciprocari aũt non licet:ut semp ubi canicies sit etiam uitiligo. An ꝙ pili oẽs cute ꝓueniũt canicies aũt putredo ueluti quædã est. Cũ itaq; cutis morbo laborat pilũ etia laborare inde necesse est.cum autẽ pilus cutẽ male affici necesse non est.

Cur animantiũ alia post partũ sæuire solent ut canis:ut sus:alia nihil efferantur quod pespicuũ sit ut mulier:ut ouis.An quæ supuacua tedundãt materie hæc suã clementiã seruãr.quãtũ enim colori esset secretũ in partu est. Quibus autẽ secretio non a uacantibus sed integris fieri materiis solet.hæc exaspetantur & sæuiunt.Vnde fit ut extenuatio quoq; irã ratione habitus moueatur et

gallinæ furiunt non cum peperint:sed cum incubunt ratione inediæ.

Cur spadonibus cætera 10 sexū fœmineū uiciata mutatur. Vox eni tenuis:corpus imbecillum deniq; ita hoīes cōmutātur:ut etiā cæteroꝝ animātū quæcūq; castrata. Nā & thauri & uerueces sua cornua ecōtrario gerunt quod fœminæ quoq; eorū contra quam mares armantur cornibus. Itaq; alii maiora excisi gerūt:alii minora. Magnitudo uero tantūmodo spadonibus dico ad sexū uirile cōmutatur. maiores nāq; redduntur quæ quidem res maris sua ꝑfecto est. Quippe cum fœminæ minores maioribus esse soleāt. An ne id quidā ad marē sed ad fœminā ptinet. Haud eni omne magnitudinis genus:sed longitudinis dūtaxat acquiritur. cū mas ꝑfunditate etiā augeat & latitudine. sic enim pñci ipse assoletiad haec ut fœmina ad marē sic fœminæ ipsius uirgo se habet ad mulierē. altera enim generosa iam est. altera nondū est. In eam igitur ip̄am fœminæ magnitudinem mutatur:crescere nāq; in longitudinem corpus assolet fœminarum. Vnde carmen illud Homeri. Virgo diana dedit pro longi corporis usum:utpote cū rem quā suam ob uirginitatē haberet largiri nimirū posset. ergo non magnitudine in marem mutatur cū non in magnitudinis genus perfecte cōmutet. Spadones enim lōgitudine tantū in magnitudine proficiunt.

Cur spadones uel omnino uaricibus uacantur uel minus habēt q̄ cæteri. An quoniā natutā suā dum castrantur in genus feminis in fœcūdum cōmutarint. Talis autem est puer & mulier:quoꝝ neutrum habere uarices solitum est ꝑterq̄ similiter rato.

Cur homo omniū maxime animārium oriri claudus potest. Vtrum ꝗ cæterorum crura robustiora sunt olle nāq; & neruo tam quadrupedum q̄ auium cōstat hominū carne redundant. Itaq; facilius hæc ob suam mollicie lædi possunt:cum se in utero mouent. An ꝗ solus ex omniū animātū genere uaria generationis tempora obtinet. Nam & septimo & octauo & decimo mēse uenire in lucem potest. Cæteris tempus unum perficiēdi fine mora statutū est. hominum generi tēporis multum pro uaria ratione imorandi consūmi necesse est. Itaq; cum fœtus mouetur extrema q; tenerrima sunt facile infringūtur:& eo magis quo plus temporis intercessit.

Cur spadones cruribus putridis ulcerosis q; sunt. Vtrū ꝗ etiam mulieres crura habēt eiusmodi. Spadones autem effœminati oīno sunt. An hoc accidit. causam aute mulieribus quoq; reddere illam debeamus ꝗ calor deorsum se uertit quod etiam mēstrua declarant. Vnde fit etiam ut præ nimio humore neq; spadones neque mulieres pilis ualeant redūdare.

Cur nullum animal nisi homo calculosum fieri potest. An ꝗ iumēta & quæ unguibus sunt numerosis uesice meatus obtinēt ampliores. Quæ autē nō ꝑtinus sed post parere intra se animal consueuerunt ut pisces nōnulli ex his nullū uesicam habere nouimus. Sed humor subsidens ille totus in aluum cōstinguitur:sicut etiā in auibus fit. Itaq; celeritet exit per sedē. At homo uesicā habet:& ceruicē eius canali angusto pro magnitudine porrectā. ergo ꝗ membrū id adest q̄tum terreni humoris seuocatur in uesicam contrudit:ex quo uasa quoq; urinaria īdest matula eoipso tingūtur. Loci āt calore efficitur ut amplius concrescere atq; crassescere possit. Retinetur uero augeturq; ꝑpter canalis angustiam. Cum enim terrena illa subsidentia prodire ex facili nequeāt reuersa cohærent inter sese calculūq; ita conficiunt.

Cur non iumenta:non boues aut oīno quæ cornua gerunt non aues ructare soleant. An. ꝑptet uentris siccitatē. Celeriter enim cōsumitur ꝑcolaturq; humor qui dum irnoratur inflaturq; ructationem mouere potest. iumētis tamē ob colli etiā prolixitate flatus deorsum se uertit. quaobrem his crepitus uētris maxime incitatur. Auiū cornigerorūq; genera neutrum faciunt. Quinetiam ruminātibus ructare negatum est:quoniā plures continent uētres:& quem reticolū appellamus. facultas etenim meādi iam super q̄ subter flatibus multitariā ꝑstāt. Itaq; humor consumitur anteq; inflatum uertatur qui flatus moueat uel ructū uel crepitū.

Cur tēpore hiberno minus olfacere poſſumus minimeq̧ per gelu & glaciē.An q̧ aēr a frigore immobilior redditur.itaq̧ motus nō æque proficiſci a corpore odorato pōt ſcilicet propter difficilē delibationis morum & aeris quo inuehitur.

Cur acrius aromata olent cinere ſuffita quā igne & plenius ac diutius ſuum ſeruant odorē cum cinere ſuffitut.An q̧ in cinere minus concoqui odor poteſt itaq̧ plenior eſt.Ignis autē quod celeriter uires eorum domat & concoquit odorem commutat.Concoctio enī rei concoquendæ commutatio eſt ſiue alteratio.

Cur roſæ ſuauius olent quorum umb licus aſper q̄ quibus leuis. An q̧ ſuauius olent quæ modum conſecuta ſunt ſuæ naturæ.Roſa autē ſpinoſa natura eſt.ergo ſuauiſſime ideo olent:quod magis ſecundū naturam conſtiterunt.

Cur odores proximo nimis ſuaues tam ſuffimētorū q̄ florum ſpirāt. An q̧ portio terrena una cum odore ſe defert quæ ut in proximo mixta uim hebetat. ſic in longinquo p̄na defertur ac decidit. Hinc etiam flores contuſi ſuum amittunt odorem.

Vtrum odoris natura fumus ſit:an aer:an uapor . Hæc enim inter ſe differunt . Qua alterū ab igne alterū & ſine igne effici poteſt. Et utrū a ſenſu aliquid in res odoratas an ab illis in ſenſum. Quod aera proximū moueat.At ſi ab illis aliquid delibarent. Minora certe ob eam rem reddi oporteret nunc autem quæ odoratiſſima ſunt:hæc potiſſimū eadem uidemus edurare.

Cur aromata cinere ſuffita acrius olent quā igne.An q̧ in cinere minus concoqui odor poteſt.itaq̧ plenior eſt,multū ergo partis quoq̧ terrenæ reſpirat fumuſq̧ reddat.At ignis terrenū p̄pere illud rapit.Itaq̧ odor purior ac ſincerior ſine ullo ſumo ad ſenſū deuenit. Vnde etiā fit ut flores triti hebetius oleant partē enī terrenā ut contritus mouere poteſt.ſic lētus calor abſumere nō poteſt.

Cur omnia odorata tam ſæmia q̄ plantæ urinā ciere poſſint.An q̧ calida & tenuia ſunt tale autem quodq̧ urinā citat,celeriter enim calor inditus ille extenuat ; Nec odor ipſe aliq̄ corpulentia concretus eſt.Nam & quæ nō bene olent uelut allia ui ſui caloris urinam mouent. Vel potis uim reſoluendi liquæfaciendiq̧ obtinent. Calida uero ſæmīa quæ bebe olēt ideo ſunt quod odor omnino calore efficitur:ſoetita ſane inconcocta ſunt.Nec ſolū calida uerīetiam plene eſſe concocta debent quæ prouocatura urinam ſiut ; ut una deſcendendo humores poſſint extenuare.

Cur uinum dilutum olere ocius deſinit quam merū.An q̧ dilutum imbecillius mero eſt. Quod autem imbecillius eſt a quocūq̧ mutatur q̄ quod ualidius. Tum etiam uinm dilutum facilius affici poteſt quam merum.Quod autem affici facilius poteſt:id & recipia a quouis & recipere quoduis facilius poreſt.ita ſit ut merum odorum dilutum in odorum fit.

Cur fœtidior urina redditur quod diutius in corpore mãserit:stercus auté minus. An q̃ stercus q̃ diutius retentũ sit eo magis siccatur. Quod auté siccius est minus id putredini patet: Vrina cõtra effici crassior solet recensque potioni ingestæ similior est.

Cur esculenta male olida minime his olere uidentur qui illa ederunt an q̃ olfatũ per uim ad palatũ habemus. Idcirco sensus hic propere ĩpletur. Itaq; nec in teriorem odorem quæ amplius percipere potest. Principio enim omnes sentire queunt ubi autem tetigerunt non insuper possunt quasi iã res consociata natiuaq; reddãt, & exterior similis ille oblatus delitescit obrentu interioris.

Cur flores cotusi deterius olent. An q̃ pars terrena quæ flori ĩheret odori p̃miscens sese ui inhebetat odorandi.

Cur animantium nullum suauiter olet, Excepta panthera: etiam ipsis bestiis ita olet, ferunt enim suauem illis olentiam ab hac respirari. Stirpium autem multe & integræ bene olent, & corruptæ ac aridæ magis: magisq; suaué reddũt odoré: utrũq; mali odoris causa cruditas quædã extrementi est Quamobrem sudores etiam aliqui atq; aliquando ita olent: sed e morbo maxime uiciantur quib⁹ tales esse non solent, & flatus etiam ructusq; crudorum fœdius olent. quã eandem causam de cæteris quoque proprtione animaduertisse oportet proportione inquam quod animaliũ carne uacantium generi æstimandum aliquid est quod carnis uice habeatur. Nam excrementum crudum uel ĩ hoc esse nouimus, Hoc igirur & uiuis causæ fœdi alitus est & mortuis cum putrescit, Quãobrem pingue os pilus fœdum nunq̃ reddunt odorem scilicet illam ob causam quod pingue concoctum est Ossa & pili humore uacant At genus plantarum nullum intra se cõtrahit excrementum, an etiam plantis aliquid inest. Sed quia sicca & calida sunt natura: humor eorum non feculentus est: sed cõcoqui expeditius potest. Constat hoc etiam plagis terræ quæ ut feruentiores sic odoratiores sũt ut, Syria: ut arabia, & muneribus earũdem regionum, quæ sicca & calida nouimus. hoc idé probare potest, nullã aũt sentire putredinẽ possunt quæ huiusmodi sunt. At animalium genus tale nõ est itaq; excrementa eius cruda fœtidaq; sunt, flatusq; itidé olent peremptis quoq; aĩantibus humor purret plantis minime, Quippe cũ humore plantarũ genus haud quaq̃ redundet.

Quã ob causã res male olidæ grauius olent cũ calent q̃ cũ frigent. An q̃ natura odoris uapor qdã & delibatio est: quæ calore existũt, motus etenim quidam sunt, Calor autem mouendi uim obtinet frigor contra efficit ut res consistat & cõtrahant deorsum etiam refrigerata omnia ferunt̃. Calor autem odoresq; oĩs sursum ferunt, Tum quia siti inaere sunt tũ quia sensoriũ eorum supra non infra habetur. Quippe cũ odor ad cerebrũ penetrans mouere soleat sensionem.

Cur si quis allia ederit urinã redolenté alliũ reddet: cũ tamé allia plæraq; odoris uæheméntioris ingesta nihil in suã qualitaté urinã possint cõuertere. Vtrũ ut quibusdã scholæ heraclitæ placet: quod sicut in uniuerso ita etiã in corpore nostro expiratur: deinde uapor denuo cõcrescit. Vtq; ibi humor: sic urina hic est exalatio aũt alimenti ubi reuertit unde p̃dierat odoré eundé nõ ĩmerito recipit quippe quæ illud reddat in quod sese cõmutarit. an si ita esset cætera quoq; idem facere deberent quæ uæheméte spirãt odoré. Nũc autem nullũ hoc posse efficere nouimus ad hæc uapor qui postea cõcrescit nõ ad statũ pristinũ redit. Verbi causa si uapor uini exalarit nõ postmodũ in uinũ cõcrescit: sed in aquã. Itaq; falsum id etiã illi referũt. ergo alliũ solum ex omniũ numero quæ odoré simul & uæhementé; & urinæ mouẽté reddunt inflare uentrem inferioré potest. Cætera. n. uel sursum mouere spiritũ solét: ut radicula uel urinã citare nõ queũt. Alliũ uero tria nimirũ hæc facit: ut & urina augeat̃; & spiritus excitetur isq; deorsum nõ sursum quæ quidem situs uesicæ testiculorũq; ideo sentit q̃ & uicino est: & spiritui opportunior habent ut tentigo abũde declarat. Cõstat igitur ut excremẽtum allii omniũ maxime huiuscemodi ad uesicã possit una cum spiritu deuenire q̃ permiscẽs sese odoré plene urinæ cõmittat.

Quã ob causam ora hominum qui nihil ederint sed ieiunarint grauius olent: quod ieiunã graue oléntiam appellatur, eorum auté qui aliquid ederint non olent: cum tamé eorũ magis olere debeãt. An q̃ uentre iam uacuo minusq; agitato aer factus calidior spiritũ excremataq; pituitosa sua ĩmobilitate putrefacere potest, calidiorem auté affici argumẽtum est q̃ uel siti parere ieiuniũ solet, at ubi ederimus odor ciborũ graué illam olentiã offuscat ut maior minoré, calor enim ciborũ calorem p̃cedẽtem illum exuperat ita ut nihil affici possit.

Cur alæ omnium maxime partium nostri corporis male olent. Vtrũ q̃ omnium minime respirare possunt malus autem odor locis huiusmodi cõtrahi maxime solet quoniã putredo quiete interioris qualitatis cõsistit, an ideo q̃ immobiles inexercitateq; habentur.

Cur homines qui uirus redolent, hirci fœdius oleant cũ se odorifice unguentarint an hoc in multis accidere solet, uelut cum acido dulce cõmixtum est: dulcius totum exultat: tũ etiam oẽs postq̃ sudarunt: grauius olent. unguentũ autem cõcalefaciendi uim hét itaq; sudorem põt prouocare.

Cur hominum incoruorum gibborũq; halitus grauior ac fedior est, an q̃ locus pulmoni accõmodatus cõclusus flexisq; a sua p̃ceritate est amplius ĩterclusus putrescat.

Cur magna pars sudori pmixta male olet aliq̃ uero suauior reddit aut nihil deterior. an quæ motu tractatuq; cõmutari solent hæc deteriora reddũt, quæ aũt eadem psistere possunt: hæc suauius redolent, at sũt quæ resistere q̃unt quõ etiam florũ quibus odores cõficimus. alii cõtusi uel cõcalefacti uel excitati exolescũt, ut uiolæ albæ, alii sibi similes ut rosæ, & unguẽtorũ igit quæ ex florib⁹ huius modi sunt cõmutari utique possũnt quæ nõ sũt neq̃unt: unde rosaceũ cõmutari minime nouim⁹ & quidem quo sudores fœdius olent eo, grauius unguentũ quoq; reddere uidetur q̃m rei sibi contrarie se permiscet, ut mel cum sale non magis sed minus dulce sentimus.

Cur oĩa plenius olẽt cũ mouentur, an q; aera ĩ plent itaq; odor cicius ad seipm reducitur.

VNDECIMA PARTICVLA QVAE AD REGIONVM HABITVS PERTINENT.

c

Vr efferis & moribus & aspectu sũt qui in nimio uel æstu uel frigore colũt. An eadem causa est, opima enĩ tẽperies nõ corporis solũ: uerũ etiã ĩtelligẽtiæ hoĩs pdest excessus autẽ oẽs dimouẽt & ut corporis ita etiam mentis temperamentum peruertant.

Cur frumẽtũ in põto frigori expositũ diu reseruari ĩtegrũ põt, an ppe q̃a humor alienus una cũ calore euanescit ut ĩ uuis fieri nouim⁹, alia.n. frigore alia calore exalant.

Cur potius in frigidissimis terris ardores febrũ fiant. An q; frigus calorẽ intus circun obsistit cuius rei contrariũ æstiuo tẽpore agitur, partes nãq; ĩterne frigidiores redduntur; ardor autẽ febris est: ergo partibus refrigeratis exterioribus caloris copia ĩteriores redundant.

Cur blesis pedibus æthiopes sunt & ægyptii. An quẽadmodũ lingua ita etiã corpora animantiũ deprauari a calore solent quod etiã pili declarant quos illi crespiores q̃ cæteri gerunt: crispitudo nãq; ueluti pilorum blesitas est.

Cur temporibus austrinis initis potius generant. An q; largior humor tardius crassescit: austrinis autem humor temperamẽti facit ut sæmẽ reddatur humidius.

Cur locis palustribus ulcera capitis curari celeriter possũnt crurium autem tarde. An q; humor est grauis: quia terrenus est, omne autem graue tendit deorsum: ergo ulcera superiora cõcoctioni sũt opportuniora: quoniam humor delapsus ad ima est: ĩferiora autem ipsa multo excremento putrefactuq; facili redundãt.

Cur qui loca ædita apertaq; colunt tardius s nescunt: qui autem caua & palustria ocius: an senectus quædam putredo est: putret autem quod quiescit: nullo modo aut minus ita efficitur quod mouetur ut aqua profluens & cõclusa, igitur ut locis æditis aer undiq; afflante spiritu agitatur: ita cauis manet ĩmotus. Ad hæc locis apertis purus diuersus assidue propter agitationem aer habẽt. palustribus impurus idẽq; semper emarcescit.

Cur timidi sunt qui loca feruida incolunt: fortes qui gelida. An q; natura contra quã loca & temporã se habet: quoniam si se similem ageret cito periret. sunt autẽ fortes qui calida sunt natura. timidi qui ex angues tefrigeratiq; sunt, fit igit ut qui loca inhabitant calida refrigerentur: qui frigida concalcant, utriq; tamen corpore magno adolescunt: eo q; qui frigida colunt insito calore abũdãt quia calida calore loci refouẽtur, quippe cum in calidis atq; a calore loci refouẽtur, quippe cum in calidis atq; a calore incrementum sequatur: frigusq; uim astringendi constipandiq; habear. cũ igitur alteri principium inter se uæhemẽs augendi obtineant: alteri nullo externo frigore impediantur: merito utriq; augeri possunt plenius homines nostræ regionis augeri ideo minus possunt q; & principium illud in se imbecillius continent frigore constipantur.

Cur diutius uiuunt qui locis calidis suam degunt ætatem. An quia natura sunt licciore firmius autem diuturniusq; quod siccius est: mors autẽ quædam putredo est. an q; mors caloris interioris refrigeratio est, refrigerari autem omnia solent ambiẽtis aeris qualitate. qui ut locis calidis calet sic frigidis friget: itaq; interiorẽ calorem ocius magisq; corrumpit.

Quã ob causam qui calida loca habitant uiuere diutius possint. An q; humorem calorẽq; amplius seruant quarum rerum interitus mors est.

Cur locis palustribus effici sõnulentiores solemus an qđ magis in his ipsis refrigeramur refrigeratio autem cum quædam requies sit somnum nobis conciliat qui inter quiescendum solet accidere.

Cur qui innauibus degunt quãuis in aqua coloratiores tamen sunt q̃ qui in paludibus. An loca cõmode aspirata coloris prebere hilaritatẽ possunt. pallidos autem humor effici cũ putrescit quod euenire ĩmobilitatis causa solet quamobrẽ suppallidi sunt qui loca palustria colunt.

Cur locis hibernis æstus fieri uæhementiores q̃ tepidis soleant. utrũ ppter nimium aeris humorem enim uero caloris opera eiusdẽ aqua reddi potest calidor q̃ aer quoq; humidior acrius quam tepidus ille recalescere potest. an non calidor aer locis huiuscemodi est: sed esse ob uæhementiam qualitatis contrariæ uidetur.

Qua de causa qui meridie uersus hitãt nigris oculis potius nascuntur. an q; oculi cæsii caloris in

terioris exupantia redduntur sic eiusdem absentia nigri efficiuntur. ut empedocli etiã placet. ergo quemadmodum qui aquilonẽ uersus positi sũt oculis cesis ideo nascuntur ꝙ calor interior effluia frigore exteriori uetatur ita qui ac meridiẽ uergunt continent quidam suũ humorem propter aeris circũfusi teporem ob uium sed calorem continere. non queunt. ꝙ nihil extrinsecus est ꝙ obsepiat atq; arceat. itaq; humor qui relinquitur nigrescit. lucis enim absentia omnia offuscari opacariq; solẽt. an reliqui corporis colorem oculorum color imitatur itaq; qui aquilonẽ uersus inhabitant ut ipsi albo corpore sũt sic oculos quoq; cæsios habent. hic etenĩ color ꝓpe albũ est. & q ad meridiem sunt ut ipsi nigri ita etiam oculos nigros sortiuntur.

Cur locis calidis hoĩes sapiẽtiores sunt q̃ frigidis. utrũ eadem de causa qua etiã senes q̃ iuuenes sapientiores. Et enĩ qui sedes frigidas habent frigore loci absistente longe calidiores q̃ sua sint natura reddunt̃: itaq; uinolentis admodũ similes esse uident̃; nec ingenio ualẽt quo prospiciant rerũq; rationes inquirant. Sed fortes fidentes sperantesq; sunt. contra qui loca calida habitant: sobrii propterea sunt quia possunt satis refrigerari. Fit autẽ quaq; in re ut qui metuũt magis q̃ qui cõfidũt uelint inquirere. Itaq; magis ualeant inuenire. An ꝙ antiquius genus hoc hominũ est: cæteri enim eluuie ꝑiuetunt; ita ut tanq̃ iuuenes sunt ad senes qui loca habitãt fridida ad eos q calida colunt.

Cur timidi qui loca habitãt calida: fortes qui frigida. An ꝙ natura contra quã loca & tpa se habẽt. Quoniã si se similẽ ageret ꝑiret breui: fortes autẽ sunt qui natura calida cõstãt. Timidi qui frigidi sunt. Accidit ergo ut qui calida colũt refrigerari nimirũ possint. Cũ enim solutũ rarũq; corpus eoꝝ sit calor foras profluere potest. Qui autem in frigidis sedent sua cõcalescunt natura; ꝙ a frigore exteriori cato dẽsetur; cuius dẽsitate calor colligi intus potest.

DVODECIMA PARTICVLA QVAE AD LITTERARVM STVDIA PERTINENT. THEODORO INTERPRETE.

CVr alios si legere cœperitit sõnus occupat etiã nolẽtes; alios uigilare uolentes liber susceptus reddere ꝑuigiles põt. an in qbus motus spiritales sunt. s. ob frigiditatẽ uel naturæ uel materiæ melãcolice qua excrementũ spiritale crudũ causa frigiditatis consistit his cũ intelligẽtia mouet̃ insistẽsq; alicui intelligere nequit repellit̃ mot⁹ alter qui refrigerãdi uim habet. itaq; potius dormire incipiũt. at ubi aliqua in rem suam itelligẽtia firmarũt. Quod lectio facere solet nimitũ a motu spiritali illo mouent̃. Cũ nihil sit ꝙ eũ repellat. Itaq; dormire nõ possunt quoꝝ autẽ secũdũ naturã habitus ẽ eorũ uirtus itelligẽdi cũ aliqua in re cõsistit. Nec uarie se dispergit. Cætera quoq; sita eo in loco hærent; quoꝝ requies sõnus est. Vbi aũt mens cõstiterit & quasi fatigata succubuerit caput aggrauat; utpote quæ sita in eo sit sõnũq; iducit. ac eũ secũdũ naturã animus noster agitat̃ nullo tũ sõno ꝑmit̃. Tũ enĩ maxime uiuit. uigilãtia autẽ quã sõnus causa potius est cur uiuere ualeamus.

Cur cõtentiosa disputatio ingenia exercere possit. an ꝙ in eo disputandi genere accidit ut crebro quis aut uincat: aut uincatur. protinus ergo contentiosus hinc homo redditur. quando uel uincendo ꝑ læticiam magis magisq; aducitur ut in cõtendendo ꝑseueret. uel uictus enititur ut quod amisit recuperet. Quod idem uel in cæteris certandi generibus euenit. Quãobrem sæpe inter pugnãdum quamq̃ quis inferior est tamen cessare minime patitur.

Cur homines in orando exemplis & fabulis potius gaudent q̃ commentis. an gaudent quia & discunt & celeriter discunt: at qui per exempla & fabulas facilius discitur. Sunt enim quæ explorata habeantur & particularia sint. Ratio autem commentandi domostratio ex uniuersalibus est, quæ minus quam partes nouimus. ad hæc iis credere magis solemus. quæ plurium testimonio cõfirmantur, exempla autem & fabelle testimoniorum speciem gerunt, fides autem præfacilis est quam testimonium fecerit. additur ꝙ uerisimile qsq; libentius discit exemplum autẽ & fabelle rẽ non nisi similem docent.

Cur oratorem imperatorẽ & mercatorẽ callidum appellare solemus. tibionẽ histrionẽ hoc appellare nomine nõ solemus. an ꝙ illorũ facultas siue cupiditate est; nititut enĩ tm̃modo ad oblectationem hoꝝ autem conatus omnis ad plus acquirendũ sibi cõtendit. bonus enim orator & imperator & mercator est: qui plus sibi acquirere potest calliditas autẽ in acqrendo maxime sita est.

Cur hominem philosophũ differe ab oratore putemus. An ꝙ alter qdnam iusticia sit cogitat: alter q̃ iniustus sit aliquis spectat: & alter qualisnã tyrãnicus tenor sit. Alter tyrãnũ quẽpiã eẽ aĩaduertit.

Cur in iis studiis quæ aliqui sibi delegerit q̃q̃ interdũ prauis libentius tamẽ q̃ in honestioribus uersantur uerbi gratia: ꝑstigatorẽ aut mimũ aut tibitionem se potius esse q̃ astronomũ aut oratorẽ uelit: qui hæc sibi delegerit. an uolũt quidem nõnulli res honestissimas tractare. sed quoniã minus sibi confidunt posse efficere ideo non ita agunt. an ꝙ rem in qua sese qsq; posse ꝑstare arbitratur eam deligit sibi quam autẽ deligit eidem operã dat illi obseq̃ns partẽ diei maximã ut seipse uincat sic; sit ꝑstantior. Quinetiã q̃ principio aliq sibi delegerit qbusq; insueuerint in his ne iudicare qui

dem possunt quid nã melius sit Aíus enim eorum corruptus iã est ꝓpter paruas delectiones.

Cur alus si legere cœperint somnus occupat & nolentes alios uigilare uolentes liber susceptus reddere puigiles potestian in qbus motus sunt spiritales ob frigiditatem uel naturæ uel humoris multiplici quo humore excrementum spiritale causa frigiditatis consistit. his cũ intelligentia mouet insistensq; alicui intelligere nequit expellitur motus alter itaq; potius dormire incipiunt cum non multũ sua intelligentia mutentur. motus enim spiritalis ille supatur & uincitur. at ubi aliq̃ in ꝛẽ suam intelligentiã firmarint quod lectio facere solet nimirũ a motu illo spiritali mouent̃ cum nihil sit q illũ repellat. itaq; dormire nõ possunt quoꝝ autem habitus secundum naturã est eoꝝ uirtus intelligendi cum aliqua in re una consistit nec uarie se dispergit cætera quoq; sita eodem in loco hæret quorũ reqes sõn⁹est ubi enĩ ps una quæ potissima sit ĩstiterit cæteræ quoq; partes insistere solent pinde ac incopiis q̃ uersæ in fugã fuerint agitur. natura enim sursum effertur quod leue est deorsum autem defertur quod graue est cũ igitur anima secundum naturã mouet̃ nõ dormit. ita enim se habet at ubi constiterit & quasi fatigata succubuerit mens immutatur & uapores crassiores sursum sese efferentes ad caput faciunt somnũ lectio uero ꝓhibere sõnũ uideri sane potest: quod non ꝓpterea est quia tantisper intelligimus. anima enĩ tunc magis definitur: sed quia mutatur & ideo in somnia euenit nam ĩtellectiones quæ illæ uigiles sunt quibus anima quærat & dubitet nõ illæ quibus assidue cõtempletur cũ illæ faciant indefinitionem hæ non faciant.

Cur indisputationibus cõtentio sic nugatio nunq̃ incidat. An q apparens sillogismus hoc est ratiocinatio est. Rõcinatio autem in paucis cõtinetur. quinetiam si prolixius agatur interposito tempore paralogismus idest peruersa rõcinatio interea depræhendet̃ & reuocare quod dederit aduersarius poterit. Quamobrẽ libentius eas historias audimus quæ rem unã exponũt q̃ quæ plures. An q rebus magis attendimus notioribus easq; libentius audimus. Notius autem est quod definitũ. unũ itaq; finitum est. plura autem infinito participant.

Cur nos rerum narratio oblectat quæ nec nimium ueteres sunt nec admodum nouæ. An q rebus diffidere ꝓcul absentibus solemus. quibus uero diffidimus nunq̃ iis oblectamnr: atq; noua admodum sunt adhuc quasi sentimus itiaq; de his cum audimus minime oblectari possumus.

TREDECIMA PARTICVLA QVAE RES MATHEMATICAS PERTINENT. THEODORO INTERPRE.

CVr linea de angulo ducta in angulum sola ex omnibus quæ figuras rectis constantes lineis biptito secanti diameter uocitata est. An q diameter aut nomen designat duas in partes figurã æque dimetiendo digerit. nihilo destruens quod subiacet mẽsurãdũ. ergo quæ per cõmissuras hoc est angulos diuidit appellanda diameter est: quoniam hæc figuram nõ destruat: sed diuiat quõ faciunt qui uasa militaria ptiunt̃. at quæ per lineas secat figuram compositam destruit. angulis etenim constat quæ rectis linies continentur.

Cur diameter appellata est. Vtrũ quoniam sola biptio figurã diuidat. An q sola figuram secat per partes siue mẽbra quibus inflexa coartatur cum cæteræ per latera diuidant.

Cur homines omnes tam barbari q̃ græci adecem usq; enumerare consueuerunt non ad aliquẽ aliũ numerum ut duo tria quattuor quinq; tum repetendo unum quinq; duoquinq; sicut undecim duodecim nec uero ultra denarium numerum cessantes inde replicare incipiunt est enim numerus quisq; quod præcedit ac unum aut duo & deinceps quãtitas aliqua enumerãt eni statuo termino denarii numeri haud enim forte casuq; id facere semper omnibusq; in rebus putari debent cũ non fortuita sed naturalis res sit quæ semper atq; ubiq; effici soleat. utrum q perfectus numerus denarius sit cõtinet enim omnia uumerandi genera ut par impar quadratum. q̃drã tale longũ planum primũ cõpositum. an q denarius fons atq; pirncipiũ est. quippe qui ex uno duobus tribus & quatuor constet. an quia corpora quæ ferunt̃ numero nonenario cõtinent̃. an quoniã. x. ꝓportionibus quatuor cubales numeri consumantur: e quibus numeris uniuersum constare pithagoreis placet. An q omnes homines digitis decem lege naturali creantur: itaq; sui numeri calculos q̃si adipiscentes hac eadem multitudine cætera quoq; enumerat una gens quædam thracum ad quatuor numerandi seriem terminãt eo q amplius meminisse modo puerorum non potest neq; usum habet rerum multarum.

Quamobrem cũ sol eodem cũ uigore ferantur nõ pari tpe idem incrementũ decrementũq; umbrarum exultet. An q anguli quos radii sub æquis circumferentiæ spaciis ad res conspectas efficiũt æquales inter se oẽs consistũt quod si illi æquales sunt eductos quoq; inde æquales esse necesse est. scilicet quos radii faciant in triangulo qui radio primo & re conspecta umbra continent. at si anguli æquales inter se sint radium ab re conspecta & ꝓlapsum longius maiorem esse ꝓpinquiori necesse est. quod ꝓ certo recipimus igit̃ totã circũferentiã in partes quasuis æquas inter se igeramus sitq; res conspectui obuia. g. cum itaq; sol in. g. ingruẽs de. a. umbram in. g. i. aliquam

uenit radius in.I.prolabatur necesse est. Vbi uero ad.B. deuenit radius inde proficiscens intra.G.I.radium decidet ac rursus cum idem ad.C. se contulerit: pari modo suum radium mittet.alter efficiet profecto ut linea recta rectã partibus duabus contingat. Cũ ergo.A.B.circũferentia æqualis B.C.circumferentiæ sit anguli quoq; illis subiecti apud.D.æquales inter se constant: quippe q̃ ad centrum se colligant. qui autem in triangulo habentur æquales illis. D.angulis prouenium utpote qui se per ierticẽ illis iungant.ergo cum totus angulus in aqua se cetus;angulus. D.E.maior qui.E.F.angulo.D.G.est.pari modo uel cæteri anguli se habebunt quos radii a circũferentia profecti reddiderint. Simulq; etiam constat umbrã meridie minimã esse necessario minimasq; rũ effici accessiones.quippe cum sol meridie maxime e ppendiculo sese nobis exhibeat. æstus quoq; meridie accenditur rum ob eam quã modo diximus causam cũ etiam q̃ omnis spiritus cessat.tunc enĩ spiritus excitari solet cum sol aerem terræ familiarem discernit,q̃ si sol cum medium cœlum ꝑ͂ptat minus id faciat merito noctes mediæ atq; meridies a spiritu silent.

Cur sol per q̃dtilatera ꝓfluens nõ rectis lineis figurã describit sed circulũ format ut in cratibus patet. An q̃ aspectũ ꝓcidentia turbine agit.turbinis aũt basis in orbẽ se colligit:quãobrẽ quocunq; radii solis incurrerint nimirũ circulares apparẽt.An q̃ solis quoq; figurã rectis lineis cõtineri necesse est;siquidẽ radii recti ꝓueniũt;cũ enim recte in rectã incidũt figurã rectis cõtentã lineis formant q̃ certe in radiis accidit:ad rectã enim cratiũ sese trudunt.Aut ad quodlibet per quod liceat translucere ipsi recti ꝓculdubio sunt.Itaq; ꝓcidere ad rectã debuerũt:uerũ quia radii qui de aspectibus ad extima linearũ rectarũ discindunt imbecilli admodũ sunt idcirco anguli concerni non possunt sed q̃tũ recti in turbine sit hoc tm̃ rectã agere potest reliquũ nõ potest sed cõcultati aspectus indiscretiq; latitant.nec mirũ cum multa uidere nullo pacto possimus;quis nostro attinguntur aspectu ut ea quæ tenebræ opacãt proximũ est cũ quadratũ speciẽ multi anguli repsentat atq; etiã circuli si amplius remoueãt.Cũ enĩ aspectus ꝓcidentia turbinis specie figuretur quotẽs figura ulterius se posita est aspectos qui se in angulos spergũt;qm̃ & ĩbecilli & pauci sunt rem assequi nequeũt.qui autẽ mediã ĩ partem concurrunt;hi nimirũ persistere possunt:utpote uniuersi & ualidi.Ergo cũ figura prope posita est anguli quoq; aspici possunt aucto interuallo non possunt. Quãobrem circularis etiã linea remota recta esse uidet̃;& luna rectis cõtineri die octaun uidetur si aspectus non latitudinẽ;sed lineã circundãtem ineant.ut enĩ cũ circũferentia prope posita est q̃to pars altera orbis quã alteri propius sit aspectus discernere põt:ita cum procul abest recte sentire non potest:sed ex æquo partiũ situ cernere sibi uidet̃,Itaq; rectã etiã iudicat.

Cur lunã quæ in spheræ faciẽ cõglobat̃ rectã cũ semiplena est cernimus.An qm̃ eodẽ in plano aspectus noster uersat̃ & circuli ambitus quẽ lunæ sol ingruẽs facit.Quod cũ agitur sol recta linea uidetur.Cũ enĩ q̃ suũ aspectũ spheræ admouerit:orbẽ uidere necesse sit.Luna autẽ spheræ faciẽ gerat:eãq; sol aspiciat orbis ꝑfecto id esse debet;quod a sole efficit̃. Hic ergo cũ e regione se nobis ꝓ̃bet totus uidet̃;itaq; pleniluniũ iã apparet.Cũ autẽ mutat:& ꝓ̃terit ꝓpter solis discessum.portio eius aspici põt.Itaq; fit ut luna altera parte recta uideat̃;cũ altera orbẽ colligat; qm̃ hemispetium aspectui ex aduerso positũ est quod semicirculũ repsentarit.Semp enĩ aspectui obuia luna est:quoties tñ sol radios admouerit suos aspici nequit.Repletur post diẽ octauũ de medio quia paulatim euadẽs orbẽ nobis exhibet propensiorẽ. Cumq; ita circulus aspactus se opponit sectionẽ turbinis imitatur:curuat̃ in cornua iam sole dimoto.Vbi enĩ circũferentia solis ad puncta deuenerit ultima per quã orbis æqua portione secari uidet̃ circũferẽtia ipsius orbis apparet. Nõ enĩ insuper ex aduerso oculis est;sed iam ꝓ̃terire incepit.Quod cũ ita agat̃ ac circulus siue orbis per eadẽ ducat̃ puncta curuari in cornua necesse est.pars enĩ aliqua orbis prioris aduersi ꝓtinus aspectui se obducit;ut de parte lucida abscindi aliquid possit.Tum etiã extrema in eodẽ persistunt ut curuari ĩ cornua necesse sit.Sed tñ plus minusue pro solis dimotione:cũ enĩ sol dimouet sese circulus quoq; in eadem reuertit̃ puncta.Quippe cũ fieri possit ut ĩnfinito numero inclinetur siquidẽ summi circuli per eadẽ puncta describi facile infiniti possunt.

Cur sol & luna plana esse uidẽtur:cum tamẽ eglobai in spheram certũ sit. An ut plura quoq; quodnam plus minusue distet, in certũ sit æque posita esse uident̃.sic etiã unũ quod partes obtinet:nisi color uarius adsit partes ex æquo oẽs collocatas habere uidetur:necessum est;quod autẽ ex æquo aspectui obuiã sit idẽ æquabile cõpositum & planũ necesse est.

Cur sol oriens atq; occidens umbras efficit longas:efferens se minores obtinens cæli mediũ minimas.An q̃ oriens principio umbra terræ æque distantẽ reddit:ac infinitã pene ꝓtrahit:deinde lõgam atq; ita minorem subinde.Quia linea quæ recta de puncto superiori elicitur interius per diminutiones assiduas cadit.Gnomodo.a.B.Sol ubi.C.& ubi.D.Radius igitur ex.C.proficiscens.C.F.exterius procidet q̃ radius.D.E.At umbra.B.E.sole superiori existit.Vmbra autem.B.F.inferiori.Ergo quo sol superior fuerit eo minor umbra exultabit: minimaq; tunc erit cũ sol super capita nostra uersabitur.

Cur umbræ lunæ maiores quem solis sint, cum eodem proueniant perpendiculo. An ꝙ sol superior quam luna est, itaque radium qui de superiori prodierit, interius cadere necesse est. Gnomo da. D. Luna. B. sol. C. Lunæ radius. B. F. Ergo umbra lunæ. D. F. sequetur. Solis radius. C. E. Ergo umbrã. D. E. fore necesse est.

Cur deficiente sole si quis per cribrum, aut frõdes ueluti platani, uel alcuius ex cæteris latifolus, aut digitis manuum inuicem perplexis inspiciat splendores specie lunæ nondum completæ incernat. An ꝙ quemadmodum cũ per angulatum foramẽ, lux nõ angulata. Sed orbiculata turbonataque prodit. Cuius ratio ꝙ gemino directeque cõmucronato turbine agitur, id est eo qui de sole ad foramem deuenit, & qui de foramine ad terriam sic etiam in solis defectu figura qua radiis ueniunt ut diximus innotescit. Ergo cum pars orbi superiori derahitur, quod ex aduerso super terram eluxerit. Speciem illam lunatam gerat necesse est. Quippe cum prout orbis defecit, ita radii profluere debeant. Digitis tamen & cribris pro foraminum exiguitate res certius explicatur, q̃ cum per foramina ampliora transmititur. Luna autem idem percipi non potest neq; deficiente; neq; increscente neq; decrescente. Quia eius extrema non plene splendent. Sed medio potissimum lucet. Lunatam autem illam minutamq; faciem medio adstringi exiguo manifestum est.

Cur sol unq̃ cælo in medio geminaẽ. Nec supra se faciem illã ostendit secundam sed ex latetibus tantum. An ꝙ tum geminari sol potest, cum solem uersus aspectus refrangitur. Aeris autem concrescentis illa soliditas cui aspectus incurrens refrangitur Neq; prope solent neq; procul effici potest Nam si prope sit resoluetur a sole Si procul aspectus refrangi non poterit. Cum enim longe de paruo speculo remeet imbecillus reddetur, quamobrẽ area quoq; fieri nõ potest e regione. Quod si supra; & in propinquo inchoatur, a solis feruore dissoluitur. Sin procul aspectus minor inuadet. Sed si in latere, tum nimirum seruari freger poterit dummodo speculum ita distet, ut nec solis feruore absumi possit & aspectus uniuersus recurrat. Nam si in terram sparsus feratur de uenire ad solem non potest sub sole etiam fieri non potest quia si prope terram extiterit consumetur feruore, si autem supra cælo in medio aspectus distrahetur & euanescet. Deniq; ne e latere quidem effici illud potest cum sol cæli umbilicum perreptat. Quoniam si aspectus admodum feratur, in terram exiguus ad speculum ueniet, itaq; refractus omnino imbecillus recedet.

Cur solis umbræ extremum tremere uideatur. Haud enim quia sol fertur idcirco id ob tremescit. Nam fieri non potest ut sol in partes moueatur cõtrarias. Tremorem autem fieri ita manifestum est. Ad hæc mutatio umbræ incerta est quomodo etiam solis ipsius progressio latet. An ideo moueri uidetur ꝙ corpuscula contenta in aere agitantur quæ uulgo ramenta nominantur, conspicua in solis radiis qui transmeant per fenestras. Hæc enim moueri solent etiam sine ullo spiritu. Ergo cum uicissim modo de umbra in lucẽ: modo de luce in umbrã moueanẽ assidue. Terminus quoq; lucis ac umbræ cõmunis continuo moueri uidetur Partim enĩ ueluti umbrã parti lucẽ sua ipsa mutatione efficiũt: itaq; moueri mubra uideẽ: Cũ nõ hæc sed illa hũc ĩ modũ soleãt agitari.

Cur basis bullarũ cãdida aquæ insidit, & si soli exposita est, nullã efficit umbrã. Sed reliquũ qdẽ oẽ bullæ corpus umbrã facit, basis aũt sola nõ facit sed circũ a sole undiq; cingiẽ. Et quod lõge mirabilius est. Nec si lignũ per aquã in sole apposueris umbra lingni continua exultabit, sed iuxta basim bullæ a solis luce secabiẽ. Quod si umbra est qđ a sole non aspicitur, sequetur porro ut molles bullæ circum tota aspici possit, quod nunquam fieri posse in opticis id est aspectum rationibus demonstratur. Quippe cum ne minimum quidem a maximo totum circum aspici possit.

Cur bullæ specie semisperi exurgere solent. An ꝙ tanquam de centro in aera sursum æqualiter circum undiq; admituntur. Quo quidem modo hemisperium exurgat necesse ẽ. Porton autẽ spheræ inferior aquæ planicie abscinditur in qua scilicet centrum situm est.

Cur in magnitudinibus quæ profunditate sunt inæquali accidit, ut si partẽ moueas leuiorem circũ feratur quod iacitur, ut in talis fieri opplũbatis uidemus, si quis partẽ leuiorem ad se uertens proiciat. An ꝙ fieri non potest ut grauius æque ac leuius feratur, cum eisdem uiribus iactum est. Sed enim totum quidem moueri necesse sit fieri uero non possit, ut æquæ omni ex parte moueatur. sequitur prorsus ut si parili celeritate ferantur, eãdem lineã peragant. sin autem alterum altero feratur celerius circulo ferri necesse sit: cum hoc solo in genere figuræ efficiatur, ut puncta eadem sub alterna lineas inæquales possint eodem tempore permeare.

Cur ea quæ in terram cadunt, atq; resiliunt auglulos ad planiciẽ reddant similes utraq; ex parte puncti quo planum tetigerint. An ꝙ omnia sua natura ad rectã lineam feruntur. Quæ igitur in locũ æqualem deciderant ubi ex perpendiculo diametroq; sese plano in pegerint, pares angulos ideo faciunt suo resultu ꝙ inæqua diameter diuidit quæ autem in latera conuertunt, quoniam non perpendiculo sed pũcto superiori locum feriant, accidit ut repulsa a loco icto contrariam in partem se conferant totunda quidem ꝙ delapsa protinus in aduersum sui appulsus sese euoluũt siue quiescat eorum mediũ: seu locũ soleat permutare. Rectis uero cõpacta lineis ꝙ perpendiculũ eorũ in

partē priorē adductū retorquet. ut his accidit qbus aut pars inferior raditur aut colei uiolātur. hi nāq; omnes aduersam ī partē retrorsūq; corruūt, quoniā eorū perpēdiculū æquat, pēdet atq; priorem in partē expellit. cōtrariū enī in his retro deorsūq; esse accidit. Cū autē deorsum ferātur grauiora esse fatendū est. Quod igit his casus idē resultātibus latus euenit. Ergo in angulū rectū neutra eorū resultant, eo q perpendiculū pondere bipartito diuidit corpora quæ ferunt. Fieri autē non potest ut plura perpendicula idem ad planū existant. Quibus illa secent, quod scilicet ita accideret, si perpendiculū dū resiliūt oritet. Vbi rem delatā planū offendit diuidēdūq; rursus secūdo perpendiculo foret. Quocirca primo illo perpendiculo quo ferebatur secari necesse est. Sed cū aduersam quidē in parrē feratur rectū uero in angulū non ferat. Reliquū est ut acutus reddatur angulus, parte altera pūcti quod plano incurerit. Aduersorū enī inter sese angulorū terminus rectus angulus est.

Cur chylinder propulsus fertur in directum suisq; terminātibus orbibus lineas rectas describit. Turbo uero suo mannente mucrone circūfertur. Atq; ita suo terminanre orbe orbem describit. an q circū uterq; ferrut. Verum chylinder rectas lineas plano ducit. turbo orbes describit eo q orbes turbinis inæquales inter se sunt. ferriq; uelocius potest, qui amplior circa idem centrum conuertitur. Qui cum simul omnes positi in turbine orbes inæquali ferantur spacio, euenit, ut extimi qui uoluuntur, p ultimum loci & lineæ tempore eodem decurrunt. Vnde fit etiam ut circum oēs agātur Quippe cum omnes eadem recta linea describantur quæ cum cōuertitur non omnia sita in ea puncta æqualem producere lineam, eodem tēpore possūnt cū æqualem nō nisi ex directo agere solēant. Chylindri uero quod omnes orbes pares inter se sūnt centrūq; idem ambiunt, euenit ut & simul suis omnibus punctis planū contingendo parili celeritare uoluant cum nulla inæqualitate chylinder euatiat, & rusus in planum simul omnes deueniat, ubi suam quisq; conuersionem absoluerit. Vnde lineas quoq; ductas per directum in plana pares inter se esse necesse est. Sua nāq; tactione orbes æqui paritetq; uolubiles illas duxere. Aqui rectas confici patuit quas linea eadem deferēs sese indirectum peregerit. Causa hæc est cur chylinder recto deferri tramite possit. Nil enī refert utrū qua linea prima chylinder planū tetigit hanc firmo chylindro protrahas an uolubili circūagas. Semper enim ut æqua linea similisque illis in chylindro cōtentis planum attinget siue ptrahātur chylinder siue prouoluatur.

Cur sectio cartarum siue papiri siquis æque a basi plana rectaque dimetiendo absciderit recta euoluetur. Sin autem inclinauit contorta existet. An euenit ut cum orbes secturæ alterius eodem in plano positi sint declinans illa cessura non æque opposita sit sed partim plus distet; partim minus, itaq; cum euolueris orbes quidem qui plano eodem continentur, suūq; initium in plano habent eodem lineam explicabunt quam suo ipsi conficiunt ordine. Quippe eum eaipsa extenta linea non nisi profecta exorbibus sit qui plano eodem continētur itaq; uel rectam eam quoq; esse necesse est quæ eodem in plano se porrigat. At obliquæ illius secturæ linea; quoniam prime non æquæ apposita est sed partim plus distās partim minus utpote cū ipsa quoq; sectura ita se habeat hinc eodem esse in plano nequit itaque nec recta hæc esse potest etenim fieri non potest ut recte lineæ pars alia in alio plano collocetur.

Cur omnis magnitudo diuisa minor esse suo toto uideatur. An q omnia numerum diuisa recipiunt quamquā magnitudinis ratione minora quā unū illud existū. Magnum enim eo quod cōtinuum quantūq; quoddam est magnū dicimus numerus uero partium omnis omni suæ magnitudinis numero maior est. Quamobrē ut partibus diuisis maius appareat totum cōsentaneum est. Cum enī partes totumq; idem sint. totum naturā potius magnitudinis præ se fert ut constans & cōtinuum Partes uero naturam numeri magnis sortiuntur.

Quæ in uasæ eueniunt quod. Clepsidram uocamus omnino quidē referri ad causam debent; quam Anaxagoras explicat. Aer enim qui in ea excipitur causæ est ne aqua ingredi possit. fistula scilicet obturata. Non tamen simplici absolutaq; ratione aer causam habere putandus est. Nam si quis eā fistula apprehensā transuersam immutgat. humorē admitti nihil est quod prohibeat. quam orbem non satis auctor ille exposuit, quē admodum aer causā daret ergo causam aera quidem tenere fatendum est. Sed hic siue per se ipse fertur. nec quicquam cogitur ferri per directum solitus est ut etiam cætera clementa. itaque clepsidra transuerse immersa aere qui e directo situs est pulsus ab humore libere effluit p ea foramina que demersis in aqua foraminibus opposita sunt eoque cedēte humor subiens implet. At sit erecta in aqua descendat. aer impotens sese efferendi per ardum quoniam consepte sunt partes superiores circa prima foramina arcetur; quippe qui supprimi in se cōtrahique non possit. argumentum uero aquam arceri posse. ab aere immoto quod in ipsa Clepsydra deprehensum est. Nam si aluum eius aqua repletam ad fistulam obturatam inuerteris humor per fistulam in os minime defluere poterit. Quippe cum ore patefecto non protinus sed paulopost de fistula profluat: ut qui non in ipso ore fistulæ contineatur, sed postmodum in hoc per fistulam ueniat, postquam patefactum iam est. Pena autem erectaque clepsidra fistula patefa-

cta protinus per colum id est foramina inferiora effluit, quia illud attingit, externã uero fistulam non cõtingit. Clepsidram igitur humor ingredi ob prædictã causam nequit. Egredit̃ aũt fistula patefacta, eo ꝙ aer cõtentus ĩ fistula sursum deorsũq; agitatus humoris cõtenti in clepsydra motum excitat pleniorẽ, cũq; deorsum pellatur eodẽq; ipse etiã sua natura propẽsior sit merito effluit, uim inferens aeri qui clepsydrã extrinsecus circũfundit, excitus quidẽ, & cõpar potẽtia aeri superius ĩpellẽti. Sed reuixu ĩfirmior qm̃ ꝑ angustã fistulã ĩfluẽs ille ocius ac uæhemẽtius labit̃, urgetq; humorẽ. Causa uero cur obturata fistula humorẽ effluere nõ possit ꝙ humor dũ clepsidrã subit aera oẽm per uim ab ea expellit. Cuius rei indiciũ spũs ructusq; murmurãs dãt quos ingrediente humore nimirũ intus excitari sentimus. Cũ igitur humor subiẽs uæhemẽter aera cogit, sese ad clepsidræ fistulã trudit ac modo lignei cunei aut erei disiectu oppressus astrictusq; hæret sine ullo alio uinculo quousq; alia ui expellatur quomõ præruptos clauos expellimus. quod sane aperta fistula incidit, ratione quã supius exposuimus. Aut igitur ita effici potest, ut humor effluere nequæat. Aut ꝙ aer exiens inflatur emergitq; impetu uiolẽto, ut strepitus indicat. humor idcirco a spiritu sursum attrahitur, quẽadmodũ multis in rebus accidere certũ est. Attractus autẽ humor sibiq; cõtinuus omni ex parte cõstans manet oppressus ab aere donec pulsus ab eodẽ recedat. Cũq; initiũ ita retineatur humoris reliquus & omnis humor unitus, atq; cõtinuus ex suo pendeat initio necesse est. Nec uero temere ita agitur, quãdoquidẽ eiusdẽ interest rei & dimouere quicq̃ suo de loco, & idem in eo cõtinere ad quẽ mouerit idq; diutius facere si uel potentia quod tenet, quodq; tenetur similiter se contendunt, uel quod tenet potentius est, ut in re de qua agitur accidit. Spiritus enim potentior q̃ aqua est.

Cur partes tam stirpium quã animãtium quæ nullis instrumẽtariis officiis deputata sunt in orbem sese omnes colligant, stirpium quidẽ caudex & rami formari in orbem solent. & animantiũ crura: femora: pectus: lacerti ad hanc eandem speciem enituntur. Triangulum uero, aut multi angulum nullũ, neq; ex toto neq; parte aliqua est. An ut Architas auctor est quoque in motu naturali æqua proportio inest moueri nãque proportione omnia censet. Hanc autẽ solam in sese æqualiter solui atq; reuertit, ut orbes rotũdaq; afformare possit cum constiterit.

Cur externa formari in orbem soleant. An ꝙ natura res optimas & pulcerrimas creat quoad fieri potest. Figura autem ea pulcerrima est, quæ eadem undiq; est sibiq; ipsa similia constat.

Cur si circulus proiciatur, primũ lineam rectã ducet deinde cocleam siue clauiculam aget dum decidat. An pricipio rectã ideo agit ꝙ æqualiter ab aere hincinde dirigitur cum igitur pari momẽto utroq; de iacere pergat lineã quoque effici talem necesse est quæ locũ æqualiter hinc atque inde possit diuiderere. Talis autem recta est. At ubi in partem alterutrã uergere ob inæqualitatem circumfusi aeris cœpit nõ amplius æqualem illa parte interiore exterioreque ducit sed circularem necessitate scilicet aeris diuersi & incompositi.

Cur in magnitudinibus quæ ꝓfundo sunt inæquali accidit ut si partẽ mouetis leuiorẽ circũferat̃ quod iacitur, quemadmodũ in talis fieri opplumbatis uidemus. quotiens quis partem leuiorem ad se uertẽs proiciat. An ꝙ fieri nõ potest, ut quod grauius est æque cũ leuiori feratur cum proiectum eisdem a uiribus est. Quod cõmoueri necesse sit, & tamen fieri nõ possit ut æque omni ex parte: directoque tramite moueatur circumferri necesse est, dum se introuertit. quẽadmodum si quid medio eius immobile suo põdere penitus esset alterũ ꝓfecto extremũ ultra in partẽ moueretur priorem alterum intra ad eum tenderet qui dimisit. Sed quoniam cum totũ moueri possit pondus suo medio gerit, illud idem sequatur necesse est.

Quãobrem corpora quæ ferunt̃ ubi alicui occurrerunt resilire partẽ incõtriã solent q̃ suapte natura ferri cogantur. Nec nisi ad similes angulos rusultare soleant. An ꝙ nõ solũ eo ferrũtur impetu quo ꝓ sua parte ipsa ferri aptissima sũt. Verũetiam illo quia mittente proficiscitur. suus igit̃ cessat cuique impetus. cũ suũ ad locũ peruenerint omnia nãque requiescere solent ubi eam in sedẽ sese cõtulerũt quã suapte natura desiderãt. Sed extremo illo quẽ habent, impetu necessitas oritur amplius mouẽdi quod cũ in partẽ priorẽ effici nequeat, quia re prohibet̃ obiecta, uel in latus: uel in erectũ agi necesse est. Omnia autẽ in angulos resiliũt similes. Quoniã eodẽ ferri cogant̃, quo motus ducat quẽ is dedit qui miserit. Eo autẽ ut angulo uel acuto, uel recto ferant̃ omnino incidit. Cũ ergo quod retorserit uetet. Quo minus directe motus agat̃, pariter & rem quæ fertur & eius impetũ nimirũ prohibere potest. Vt igit̃ in speculis extremũ lineæ, recte quo se aspectus coniecerit idem refrangit̃, ita in his quæ ferunt̃ fieri ex aduerso solent. Quippe cũ angulo tanto retorqueantur, quanto uertex constiterit ita enim intelligendum est, ut transferri simul, & angulus, & delatio debeat. Quo facto in angulos resultare similes esse necesse palam est.

Cur homines qui corporis cõstant immodico maiores tunc esse uidentur, cũ appositi modicis inspiciuntur. An ꝙ res modica unum est, & moderatio unum quam maxima. Vnum autem quod est id indicium esse postulat, indiuiduum autem minus est. Res uero immodica: multa pro sui discri

minis ratione ostendit. Quãobrem ut cum per sese magnitudines inspiciuntur, quales nam sint: latere facilius possunt, ita cum collatæ in propinquo spectantur. Latere non possunt. Ergo unum esse apparet quod indiuiduum est, spectatusq; eius unus modici ratione exultat, imodicum porro ut quod plura sit suspectionem plutium suggerit. Et maius propterea esse uidetur q̃ unum cum sit plura esse uideatur. Naturam enim & magnitudinis habet propter contiñetiam & numeri propter partium inæqualitatem itaq; cũ utrunq; obtineat incremẽtũ merito maius tum esse apparet cum spectatur ad id quod simplex est atq; unum.

Cur animantia omnia & ea quorũ stipes terra continentur, crescere potius in longitudinem solent. An q̃ ter longitudo augetur. Bis latitudo. Semel profunditas, Longitudo enim principio fit, primoq; principio existit, itaq; primo sola, Secũdo cum latitudine, tercio cũ profunditate augetur. Latitudo autem bis, uidelicet, per se & una cũ altitudine crescit.

Quonãmodo prius & posterius capi debeant. Vtrum quemadmodũ qui tempore. Troiano uixerũt, nobis priores sunt, & his ipsis priores qui superiores. Atq; ad hunc modũ in ĩfinitum, ut qui supiores sunt, iidem priores habeantur, an si quod initium & medium, & finis sint uniuersi. Et cum quis senescens ad finem peruenerit, rursus ad initium reuertatur prioraq; sint quæ propius ab initio absunt. Quid uetet nos ab initio minus distare, at si minus distamus esse quoq; priores possimus. Vt si cæli syderisq; cuiusq; delatio quædam agitur circularis. Qui non etiam rerum caducarum ortus sit talis atq; interitus, ut eadem rursus oriantur ac pereantur. Veluti etiam uulgo dicitur, Circulum res esse humanas, igitur homines numero quidem eosdem semper esse censere furor est. Specie uero seruari eodem probari melius opotest itaq; uel priores non esse possimus. talemq; aliquis statuet seriem: ut eodem sit repetendũ, unde ortus extiterit cogitandũq; ordinem continuum ac semper eodem constantẽ tenore. Homines enim idcirco perire. Alcmæon inquit q̃ suum initiũ fini coniungere non possunt Scite perhercle, si quis non arctius recenseat. Sed formula quadam eius uerba accipiat, An si circulus sit, Circulus autem una & principio & fine careat, priores neq; nos illis, neq; illi nobis esse ꝓpinquitate inicii possunt.

Cur tam in laborando quam in fruendo solatio tibiam adhibere solemus. An ut laborantes minus angamur, fruuentes magis oblectemur.

Cur idem uoce eadem longius sentiri cum aliis cantans: aut uociferans quam solus potest. An quia uiribus uniuersis agere quippiam uel premere uel impellere, non tãtuplũ est quãtus singulatum numerus est, sed quemadmodum linea bipedalis non duplum, sed quadruplum quidam describit. Sic composita omnia plus ualent, quam eadem diuisa. Ergo cum uniuerso agitur ore uocis potentia constans unaq; redditur, simulq; aera propellit, ut prodire multiplex ualeat. Quippe cum uox quæ a multis proficiscitur, multiplex sit quam quæ a singulis.

Cur maxime in cantando parhipatem, uox rumpi non minus soleat, quã in nete supremisq; quamq̃ cum interuallo amphori. An q̃ eius cantus & perdifficilis est & cantandi primordium obtinet. Difficilis autem propter intentionem pressuramq; uocis est, quibus in rebus nimirũ urget. Corrũpi autem quæq; maxime solent, quotiens labore acrius opprimuntur.

Sed cur hac difficile parhipate facile cantatur cũ nõnisi diesi discreptant. An q̃ parhipate remissior est atq; etiam leuius a constitutione ascenditur, hæc eadem causa est quamobrem ad unam cantari uideantur, quæ ad hanc paranetemq; cantantur. Agendum est enim cum intentione conditio neq; aptissima moribus, pro uoluntate & instituto. At consonantia ut existat quæ nã causa sit.

Cur suauius cantilenã quã nouimus audire solemus, q̃ eam quã ignoramus Vtrum quia cum quod cantat agnoscimus, tunc melius patet, qui ueluti calcem quod spectat assequitur id autem contemplatu suaue est. An q̃ discere letabilis est, cuius ratio est, uel in capienda doctrina, uel in utẽda agnocendaq; uersatur, addo etiam q̃ res solita suauior q̃ insolita auribus accidit.

Cur imutatio & uarietas in cantando tragicũ sit an ratione inæqualitatis hoc euenit afficit nãq; tristicia quod inæquale est; accomodaturq; magnitudini calamitatis aut mœroris, cõtra quod æquale atq; cõtinens est, minus id flebile auribus accidit.

Cur ueteres cũ septem fidibus cõcentus disponerent hipatem non nerẽ reliquebant an falso id dicitur, earum enim utranq; seruarunt, sed tritem adimere sollebant, an non sed quia grauior sonum potest acutioris, idcirco netem reliquerunt, ergo hipate magis antiphonum q̃ nete reddebat, nam ut acutum uim desiderat pleniorẽ sic graue exprimi facilius potest.

Cur grauis sonum ualeat acute, an quia maius quod graue est. Quippe tum ut graue obtuso: Sic acutum acuto angulo simile habeatur.

Cur solitarias cantilenas suauius audire solemus si ad tibiam aut ad lyram unam contantur cum tamen ad fides canticũq; idem modo utroq; peragatur. Nam si idẽ ita amplius sit plus ad plures tibias atq; etiam suauius esse oportet, an quoniam euidẽtius in assequendo quod spectatur est cum ad unam uel lyram uel tibiam cantatur ad plures uero suauitas seruari non potest, cum cantilena

offuscetur totaq; poene deleatur.

Quam ob causam farina aqua subacta melius coeat;q̃ oleo subacto quod tenacius est; q̃q̃ glutinan eius quod lentius est.Oleum autẽ lentius q̃ aqua.An ꝙ aqua tenuior est ut usq;quaq; subire emollireq; ualeat.Coheret itẽ & cõprimit̃ inter se melius farina aqua subacta q̃q̃ etiam sine contritu comprimi queat.

Cur massa tota leuior sit q̃ seorsum humor & farina. Vtrum quia cum miscentur spũs intercludit̃. An quia pars aquæ a calore farinæ indito euaporatur:itaq; minus id redditur quod ex utroq; mixtum constiterit;aer autem aquæ tametsi miscetur nihilo tamẽ leuiorem faciat. Nam ipse quoq; aer cum aere pondus augeat.

Quam ob causam lac uinũq; dulce quotiens cum farina ordei bibitur dulcius sentitur. Vtrum ꝙ ad non dulce dulciora istæc esse uidentur.farina enim dulcis non est;aliter quia humor dulcis mixtus cum farina diutius immoratur. An propterea quia farina quæ dulcedinem in se habet aliq̃diu ĩmoratur;itaque diutius sentio habetur.

Cur eadem potio minus meram appareat si farina ordei ĩnspersa bibatu. Vtrum quod diuersa sibi miscentur & tẽperant̃;an qm̃ farina humori obducta in sese retrahẽs abolet qualitatem.

Cur alica plus aquæ recipiat q̃ triticũ unde cõfecta est. An propterea ꝙ alica farina quodam modo est similia farina autem plus aquæ imbibit:moles enim amplior eius q̃ tritici est.Pressius namque & constipatus triticum est. At ꝙ autem amplius est;plus id capere potest.An nõ solum ea ipsa de causa ita fit;sed etiã calore quẽ intra se continet & farina & alica efficitur ut bibacius hauriant:

quod enim calidũ est humorem id & efficatius ad se trabit:& expeditius iti uaporem consumit
Cur farina tritici massata pertritaq; longe amplior reddatur q̃ ordei scilicet exproportione. An quod altera multum humoris sibi admitit:altera parum. Sed qua de causa plus admittat. Congruens eni potius dixeris:ut ordeacea bibacior sit. Quippe cum ordeum tostũ triticum non tostum sit. An ꝓpterea ita fit. Quia trituram plenioré triticea patitur. Cuius causa est:quod partibus minutioribꝰ cõstat. Fit igitur quasi ut quantuplo partibus cõtineri põt minoribus tãtuplo humorem sibi largiorem admittat. Quippe quæ ipsum humorem pro glutine sibi capiat Em pedocles quoq; suis in persicis diuerticulo quodam ait. Multæq; humoris proinde absumere queat.
Cur etiã igni mandata massa tritici amplius augeat̃ q̃ ordei; An ꝙ humorem in se cõtinet indiscretũ qui recalescés extrudi nequeat:hic ergo cũ in spiritũ transeat:ne sese ꝓmere patiturtatq; ex massa ordei possit uidelicet propter tritici spissitudinem:spissius.n.est quod ptibus cõstat minutioribus Iccirco extollit molemq; agit amplioré. Ad hæc plus ista humoris cõtinet. Quo recalescente spiritus prouenire solitus est. Ex quaq; re auté pluris plus proficiscatur:necessum est.
Cur pistorum cæterorumq; officio fungentium frumentario:qui ordeum attractant imbecilli efficiantur:& destillationibus infestent̃. Qui aũt triticũ corpore sint bene habito. An ꝙ facilius triticũ concoqui q̃ ordeũ potest. Atq; ea re delibamenta inde manantia esse faciliora necesse est.
Cur panis tostus durior tepefactus humidior reddi aliquantisper possit. An quoniam cum torrefit humor extruditur:itaq; panis relinquitur durior. Leniter autem cum recalescit humor consistens ab igne diffunditur. Humidiorq; proinde existit.
Cur farina tritici resiccata minus constipetur q̃ ordei. An quod intercapendine uacat̃ : quæ ex partibus constant minutissimis: & plura quæ grauiora sunt:compressa suopte pondere tantumdem occupant quantum pauciora. Sed farina ordei crassiuscula est:itaq; siccata compesci atq; in minus contrahi potest :ut quod minus est suo compressu plus illud constipet in seipsum capessatque: triticea porro particulis minutissimis iam constat. Itaque non ideo resiccatur ut partes reddantur minores : sed ut leuiores efficiantur minusq; constipentur suo compressu & nutu . Natura enim grauior farina triticea q̃ ordeacea est.

DECIMAQVINTA PARTICVLA QVAE AD FRVCTVS ARBORVM PERTINENT.

Qvam ob causam poma non ita prius esitata in repletionis mole respõdeant. An qm̃ cæteris esculentis genus pomorũ longe grauius est:quod argumento ficuũ constat quæ nouissime æstate ultimæ tñ euomunt̃. Poma igitur ante ingesta suo pondere in imũ delapsa:spacii amplitudiné relinquunt superius ut cibũ sequentem admitti facile liceat. At si ecõtra sumãtur usu eueniet ut quoniã deorsum ferri expedite non queant:innatent & partem totam fere occupent inanem.
Quaobrem cũ dulcia nobis similiora q̃ acria sint:ocius a dulcibus impleamur. Cõgruũ enim ut cõtra eueniat:quãdoquidem a similibus minus satiari consentaneũ est. An quoniã nõ æq; præmaturé cõceptaculũ:ex quo hausimus & corpus quod uescitur impletur:sed neuter quidẽ repletus aliquãdo est:ut eorum qui sitiunt. Sitis auté nihilominus superest. Nõ enĩ ea de causa sitis cessat: qa uéter plenus homoris ẽ:sed qa mẽbra corpis oĩa humoré cõmodũ sibi attraxerint:ꝙ ubi illa satis suũ desiderũ expleuerũt tũc sitire cessamus:ita etiã fames:nec aliter tolli potest.
Cur ocius a dulcibus q̃ acribus sentiemur. An qa ocius dulce q̃ acre appetere desistimus:sed an ꝓin ut uenter impleatur:nos quoq; dulcibus satiari possimus cõfessum nõ est. Cũ igitur desideriũ celerius his ipsis expleri possit docendũ est. Alimẽti desideriũ siue cupiditas ut simpliciter loquar indigentia estseũ cibũ uel nulliũ uel pauculũ habemus. Quod cũ acria nõ ualide nutricare queãt : sed parũ alimoniæ multũ habeãt excremẽti:merito amplius hæc appetimus ; parũq; eoꝝ cupiditaté explemus:qm̃ alimẽto ité legemus:quo ipa eareãt. At dulcia tota ipsa cibus idoneus sunt ; atq; ex paruis qbusdã eiusmodi escã corpus capit uberioré. Quod cũ se abũde refet sit:nihil edere pterea potest. Plus enĩ tollerare nõ potest:atque ita efficitur ut ocius a dulcibus satiemur.
Cur fructus arboꝝ & canes & cætera id genus utribus uehemẽter iflatis cõtẽta ualeant icorrupta edurare nec minus quæ diligẽtissime picata-obturataque circũundique fuerĩt. An qm̃ corrũpi oĩa solẽt cũ mouent̃. Quæ aũt plena sũt imota psistũt:haud enĩ fieri põt:ut motus sine inani spacio agat. Atqui istæc quæ ita iclusa sũt pleno undiq; cõstãt:ergo icorrupta seruari rõne.
Cur uinũ post pomũ putre epotũ amarũ sentiatur. An amarorem putredo habet. Itaq; quod de pomo per summa insidet linguæ humori qui bibitur permixtum:diffusamque amaram efficit potionem:ipsum aurem pomũ per se esitatum minus depræhendi propterea potest:quia saporis idge nus multa atingat inq; exigua discenatur.
Cur edenda bellaria sit:usus:q; secundarum metisarũ adiici debeat. An ut satis bibamus . Noti enim

sitis gracia solum quæ per mẽsam primã nos teneat bibẽdũ: sed ẽt post hausisse aliqd iuuat.

Cur nuces tostæ refrigeratæ deteriores redduntur: & panis quoque & glandes: & multa id genus alia rursusq; calefacta eadem meliora euadant. An propterea quod refrigeratis succus cõcrescit & cõstat tepefactis rursus dilabitur. Suauitas autẽ nõ nisi per succũ percipi potest.

Cur post fructuũ esitatiunẽ, ut ficuũ cæterorũq; generis eiusdẽ uel uinũ merũ uel aquã supbibere debeamus, quæ qdẽ aduersa inter se sũt. an qa genus pomorũ & calidũ & humidũ cã suæ generatiois est, habet enĩ tũ ignis copiã tũ humoris, itaq; succus pomi ueluti feruorẽ int⁹ prignẽ excitat quo mõ mustũ foris efferuet, ui tñ hebetiore humor aũt minus cruditatẽ cõmittit. Aqua igit̃ suo frigore feruorẽ illũ frãgit, atq; extĩguit & uinũ suo calore idẽ plærũq; efficere põt: quippe qđ perinde atq; ignis igni multus pauco uires subtrahat, amplius tamẽ humoris copiã suo calore emollit: & cõcoquit: suoq; põdere innatantem illum feruorem uincit ac reprimit.

Quam ob causam caricæ bifidæ tantũ dulcissime sint nec multifidæ: aut omnino in fidæ dulcedinẽ præstẽt. An q: ex multifidis respirauit: euaporauitq; cum humore pars dulcedinis plurima ĩ his aũt quæ infissæ conuient humoris diluti copia est: quod nihil fere inde exactum fuerit. At quæ fissæ q dem sed tamen fissura multiplici sunt immunes utroq; isto incõmodo caruerunt.

Cur si ficus in furno siccantur: duriores efficiuntur q̃ si exẽptæ foris refrigerent̃. An quoniã in furno humor totus ex nimio calore euaporat̃: foris aer circũfũdẽs humorẽ cõtrahi emanareq; phibet ita, n. ut leuiter euaporetur potius accidit. Sũt aũt quæ siccẽt dura: quæ humẽt mollia.

Cur ab acerbis uinũ aut aqua epota dulcior sentiat̃: exẽpli gr̃a si quis glãdes: aut myrta aut tale quid ori mãduerit. An merito ita fiat: quẽadmodũ uel in cæteris agit̃: oĩa nãq; plenius eadẽ apud sua contraria innotescũt: Contrarioꝝ autẽ sapores oppositi ferme inter se sũt. An ut res in his est: quæ colore inficimus: ita etiã lingua acerbis cõficitur illis: meatusq; suos patefieri patitur: ut dulce subire amplius possit. Res enĩ quasq; inficiẽdas humoribus quibusdã acerbis ante ĩmergimus: ut inde affectæ ĩfici colore plenius atq; in eluibilius possint.

Cur dulcia minus dulcia sentiẽtur calida q̃ refrigerata. Vtrũ propterea quod simul sẽsus duo existũt idest calidi & dulcis itaq; calidi sensus reliquũ depellit atq; obfuscat. An q: etiam succus dulcis calidus est: itaq; ignis igni adiicitur: ergo calor est: qui impediat. An q: ignis uires omnium minuit quia uim obtinet commutandi: calida igitur propiora mutationi sunt: refrigerata resident sibique iterum constant.

Cur paleæ fructus duros atq; inconcoctos emoliunt immaturitatemq; adducunt, mites autem & cõcoctos non putrefaciunt. An q: palea calida & attrahens est. Suo igitur colore concoquit: & per uim illam attrahendi saniem omnem seuocat: atq; imputridos seruat.

Qua de causa ficus cum moles dulcesq; sint dentes offendant. An quia gingiuis sua lentitate adhærẽt seque præmolles inter dẽtes insinuãt: & putredinẽ per suũ calorem cito conficiunt forsitan & ob granoꝝ suoꝝ duriciam dentes celeriter effatigãt cũ manducantur conficiunturque.

DECIMA. VI. PARTICVLA QVAE AD MARE SALSAMQVE OMNEM AQVAM ATQVE AQVAE CALIDAE RATIONEM PERTINENT.

CVr fluctus pelagi alti superfrangi non soleant: sed parui tantum & breuis. An quia parum humoris cum fertur discerni a spiritu facilius potest: quã multum. Cur nauigia onustiora in portu q̃ in alto esse uidentur celerius etiam de alto in terram ueniunt quã de terra in altum prouehunt̃. An quod plus aquæ q̃ minus reniti ualidius potest: pauca, n. oppressa onere redit: ut demergi necesse sit: multa econtra repellit ac substinet. Vis enim ea est aquæ ut sursum uersus compellat inferius ergo ut in portu maris parum sic multum in alto est: Itaque plus oneris conuehi in portu uidebitur: ẽt mouebit̃ ægrius qa magis ĩmergitur & aq̃ minus reniti põt. At uero ĩ alto res cõtra usu eueniat:

Cur fluctus interdum prius eueniant q̃ uenti. An quoniam primo spiritus ortu maris pars prima impulsa partem sibi continuam ipsa compellit: itidemque deinceps uice pari: seriæque agitatur perpetua. Quamobrem cum mare ipsum continuum sit: efficitur ut quasi unus ictus cõtinuos ex his omnibus exultet: idque fieri uno in tempore possit. Itaque euenit: ut prima & ultima pars simul moueant: quod aeri nunquam accidit: quia cordore uno continuo hic ẽe non potest: eo quod multiplici undique repulsu retorquetur atque conquatitur ut primus ualidissimus que mouendi impetuis refringatur impediaturque: Quod mari accidere propterea nequit qua grauius aere motuque difficilius est.

Quam ob causam cum aliquid in mare undabũdum & æstuans iactum est ut ancora unda residet & quiescit: An quod mari ponderi cedit quod defertur quo cum aer delabatur: qui cum per directum in imum defertur atque atrahitur secũ eodẽ id trahit quod mare delatere concitat: æstus

autem maris nõ desuper tendit ad ima:sed per summa uersatur:quo sedato tranquilitas oritur. Ad
hæc cum mare in ea spacia coit:quæ ponderi descendenti cesserint:uertiginem mouet quæ non
nisi circulo agitatur. At cum linea recta circulum p punctum attingat:fluctusq; ad lineam rectam
obliquæ ferantur:fieri põt ut fluctus ipsi p punctum oras uertiginis attingant:nec prædictam ob
cám tantú sed etiam q ipsa uertigo accedens suo impetu circũundiq; illos depellit:quod cum itaq;
fluctibus pars ea uertiginosa careat:merito unda iacta anchora residet tranquillaturq;. Adde q aer
qui cum põdere illo delapso descendit:mox sese referens undamq; sursum compellés bullas excitat
quippe cum bulla humore consistat:qui de imis ad supera pulsus ab aere efferatur:omnis autem
bulla lenis serenaq; est. Indicium uero q unda q̃ pondus in imú corruit: submisa in cauú paulopost
resurgit:& mari circundanti æquiperat.

Cur interdú nauigia dum cursũ agunt in mari quieto repente absorbentur:totaq; ita pereunt ut ne
naufragiú quidẽ fluitans nusq̃ appareat. An cum locus cauernosus terræ subditæ mari disrumpit
simul in mare nauigia introrũpunt: introrsũq; spiritus ĩpetu trahuntur. Cumq; ĩpulsu pari circũ
undiq; agitentur:deorsum ferãtur necesse é. Hoc idé apud Mesanam quoq; in freto fluctu recipto
co euenit. Fiunt enim eo ipso uertigines:quæ in imú obsorbét:tú ob eá quá diximus cám tú ét p
mare illud é: terraq; ad lõginquũ usq; subhiat cauernosa. Vertigines igitur eo usque per uim ducti
tát itaq; efficitur:ut inibi fragméta nulla ualeát fluitare. Fluxus auté ille fieri soler cú flatu desistẽ
te priore:mari ité fluente flatus aduersus primo occurrit maximeq; cú auster. Cú.n. unde inuicem
cursitát:inflictu prætereunt mutuo:quo scilicet modo ĩ fluminibus fieri nouimus:atq; ita mare ĩ
gitú uertitur:quæ uertigo aut uertex uocata est. Fertur autem unda manfractú inicio motus ualĩ
do desuper irruente. Igitur cum undas urgere in latus non liceat:impulsu namq; repellũtur mutuo
compelli prorsus in imum necessum est. Quamobrem id quoq; deferri eodem una cogitur quod
uertigo præhenderit eademq; causa est:cur etiam nauigia resimentur:repandaq; deferatur cum de
uorantur a uertigine:Iam enim aliqua erecta, ex toto descendisse memoriæ proditum est.

Cur mare ponti candidius quá ægæi est. Vtrũ propter uisus refractioné factam de mari in aerem. Est
enim aer põti crassus:& albidus itaq; fit:ut etiam maris pars sũma talis esse uideatur:ægæi uero
quoniá a longinquis usque purus & liquidus est:cerulius cernitur quo circa mare quoq; aeri reni-
tés: colorem eundem representat. An quod lacus omnes q̃ mare candidiores sunt:põtus auté in la
cus spẽm propemodum transit:eo q multi in eũ fluuii effluunt:nec uero mari solú candidior lacus
é:uerũetiam fluuiis. Vnde pictores flumina pallida:mare ceruleũ lacũ candidũ pingere non inepre
cõsueuerunt. An quia per aquam bibi idoneam uisus penetrare facile potest aerem uersus reflecti
tur de mari autem nec sursum reflecti potest:quoniam leuis aqua non est & deorsum progrediens
fatigatur itaque fit ut mare nigrum esse uideatur. At qui mari quod lacum simulat pars dulcis per
summa innatat. Salsa uero in imo est. Quamobrem q id penetrare aspectus nquit:sed ad ucem re
flectitur albediné per summa ostendit.

Cur mare minus quá aqua bibi idonea frigidú é:oésq; salsi humores nõ ut dulces frigidi sũt. Vtrũ
q mare spissius & corpulentius é:tale autem quodq; minus refrigerari põt:sicut & amplius incale
scere aptú é:qppe q caldoré seruare suá ob densitaté melius possit. An quia mare pinguius est quo
circa flãmã æque extinguere atq; cæteræ quæ nõ potest. Calidius autem quod pignis est. An qm̃
multú terræ in se cõtinet ,ppterea siccius est:quod auté siccius idem calidius est.

Qua de causa qui mari se lauerint:ocius resiccent cũ mare grauius sit q̃ aqua dulcis. An quia crassi-
us & terrosius est:ergo cũ parú humoris habeat:merito siccari potest celerius.

Cur pflante aqlone:mare pspectius:atq; trãslucidius sit q̃ austero. An qa mare cũ se renũ est coloré
trahare sibi assolet. Inest eni aliquid pinguis in succo salso. Indiciú q die tepediore oleosum quiddá
fecerni uidemus. Ergo trãquillo tepedioriq; mari succus iste sua leuitate per sũma pandit: quod
aquilone fieri minus põt causa frigoris. Est auté aqua translucidior q̃ oleum. Id eni colore obduci
tur. Aqua uero expers coloris uisu obuia apertioré sui præstat suspectionem.

Cur fluctus uentum præ se omnes ferant. An quia flatus futuri indices sunt:flatus enim ĩpulsus ae-
ris est. An quia uice ,ppellendi successiua cõsistunt:,ppellit auté flatus nõdum continus sed exoriés
Prim⁹ igit q̃si emarcuit:mox aũt hũc ,ppellit factaq; altera dẽsitare elãguescit:Quare eũ hoc pro-
pulsu iá adest:propellés quoq; illud uẽturũ esse palá fit. Facit eni idipsum cũ incipit.

Cur fluctus anteq̃ flatus erũpit. An qa nõ simul flatus desistit.& mare undabundum sedat sed mare
postea cessat:nõ fieri põt. ut qui mouerit spũs ante occidat q̃ sensu obuius sit;itaq;. nã fluctus spiri-
tu prior est:sed ille latet hic patet. An flatus nõ undiq; simul spitet:sed primũ unde exortus sit. Si-
mul aũt spirat:& mare sibi proximũ agitat:quod exitũ subinde proximũ mouet:atq; ita fieri põt:
ut fluctus flatũ possit anteire. Motus eni ille uelocior a mari nõ a flatu principiũ ducit.

Cur in mari melius q̃ fluuiis natare possumus. An q qui natat sedulo aquæ admittẽdo natatus ad-
niti autem firmius ad id possumus:quod corpulẽtius est. At aqua maritima fluuiali corpulentior

est crassior enim & ad renitendum ualidior.

Cur mare deuri potest aqua non pōt. An & aqua deuritur sed mare minus ignem extinguit; quoniā pinguius ē. Cuius rei indicium oleum facit; quod ex sale depromi potest. An etiam meatus maris minus congruant igni: aut qui crassiores sint. & eo magis quod salis ratio non deest. Vt igitur qđ siccum est; minus extinguere q̄ quod humidum potest: ita etiam quod amplius siccum est: idem ex ratione urentius esse debet; & alterum magis altero. Quo enim siccius eo calidius est; mari autem isthæc ambo inesse plenius palam est.

Quam ob causam demersi in mare plus temporis ualeant tolerare quam in fluio. An quia fluuialis humor tenuior; Subiens igitur copiosius strangulat.

Cur mare perspectius & dilucidiꝰ ē; quā aqua potu idonea: cū crassius sit dulcis enī salsa tenuior. An tenuitas causa non ē: cur mare dilucidius sit; sed directi meatus id faciunt: quos tum plurimos: tū amplissimos continet: ergo illa potu idonea spissa ex tenuitate suarū partium est salsa amplioribus interstitiis inanis. An quia mare purius & sincerius est; terra enī nulla in eo permanat harena suo pondere delapsa in imum subsidet. At humor dulcis mixtus cū terra est. quæ interuetiens facit ut cito perturbetur.

Quā ob causam mane aura frigida de mari non spirat; de fluminibus spirat. An quoniam mare locis patulis spaciosisq; dilatat; flumina angustissimis concluduntur. Aura igitur maris per multa uasta que spacia dispalata redditur; imbecillis fluminum autem uniuersa extriguitur; itaq; amplius ualet & frigidus cula merito occurrere potest An causa non in eo est; sed ut fluminum sua natura frigida sunt: sic mare nec frigidum; neque calidum ē aura autem omnisque respiratio: humore uel calscente: uel frigescente executi solet enim utrū ex his fuerit; humor aerescente aer qui inde ortus spirat aura est: qui si a frigidis proficiscitur frigidius merito spirat si a ualde calidis cito refrigeratur. Fluuios igitur frigidos comperire omnes possumus; mare autē neque frigidū neq; calidum ualde ē ita que nec frigidum esse id potest; quod ex eo respirat cum scilicet mare frigidū ipsū non sit: nec cito refrigeratur quia calidum ualde non est.

Cur fluctus alterioris pelagi tardius desistant; quā breuioris. An quia res omnis serius ex motione multa quam pauca requiescit æstus autem magni pelagi amplior quā parui est. ergo nihil temere agitur si tardius quietatur.

Cur aqua salsa frigida bibi non potest: calida refrigerataue post quā calefacta ē: melius potest. an ꝓpterea ꝙ de contrario in contrariū res quæque mutati solita est aqua aūt salsa dulci opposita ē. & cum calescit portio salsi decoquit: cū refrigerat in imū defertur & subsidet.

Cur aquæ positæ propter mare dulces magna ex parte non sale compiant. An quia percollatæ potu aptiores redduntur: percollari autē id melius potest: ꝙ mari propius situm est.

Cur aqua salsa ꝓfluere nequeat an quia stabile quod graue ē. Salsa aūt aqua grauis ē; quaꝓpter calide tantūmodo ex salsis ꝓfluere possūt: hēnt. n. sibi leuitatē; quæ pōdus salsuginis superat Calidū nāque leuius est. Adde ꝙ aquæ ꝓfluentes per terrā nimiū percollari queunt; itaque quantū crassius & grauius est id assidue magis magisque defertur & subsidet: quantum leuius atque sincerius id se uocatur & profluit. Vt enim salsum graue ita dulce leue est; atque ita efficitur: ut sint dulces quæ profluūt; hæc eadem causa est; & cur aqua salsa cum mouetur mutaturque dulcior fiat: leuior fiat enim permotum atque sincerior redditur.

Cur si qs ī affrica ꝓpter mare ī foderit; aquā pricipio dulcē post breui salsam eādē cōperiet cū cæteris ī locis minus id ipsū iueniat. An prima loci illius aqua concocta sub terra ē; quæ cū diutius māserit salsior a mare transmissio efficitur: ur quæ nuper constiterit; cæteris aūt locis aqua uel nulla est uel pluria nulla prohibente siccitata est.

Cur sal eliquari ocius aqua salsa q̄ dulci possit. An ꝙ eliquari nō aliud est; nisi ab humore coloreue subeūte resolui; & dirimi ita ut liquidū sit eliquare autē nequeunt; quæ uel subire oīno nō possūt: uel quæ ita subeūt ut tangere nequeant. Vix illa uero eliquāt quæ facile trāsmeant: cōtra celerrime dirimūt; quæ per oim se intrudunt. Subire autē nequeūt; quæ amplis admodū partibus cōstāt; quippeq; meatus rei subeunde excedant: contra quæ minutioribus constant: transeāt sine tactione. At qui ut dulcis aqua tenuior: ita salsa crassior est: ergo altera sua tenuitate facile penettans uix liquefacit. Altera subit quidē; sed minus ꝓpter suarum partium magnitudinem. Itaq; cogere & ꝓinde dirimere celerius potest.

Cur aqua minus candeat si moueatur: quod uel maris æstu inspici potest. Vnde Homerus flatu oriēte inquit: & flatu nigrescit pōtus eodem. An duabus de causis. nam si ex propinquo cōtuimur causa est ꝙ uisio magis trāsmeat: aqua manente quā mouēte eripit: nāq; trames oīs directus cū mouetur. Candidū autē id esse uidet: quod perspectū atq; ꝑlucidū est. Per quod enim uisus transire nequeat: id atrū esse affirmant. Quāobrē aerē quoq; nigrū e longinquo candidū ex ꝓpinquo uidemus & maris ut quod prope abest candidam ita quod procul ceruleum & nigrum: sed si e longin-

quo ſpectatur:cauſa eſt modus quidam quo aſpectus mouetur cum ſe ad elongatiora deducit Quinetiam cum aqua quieſcit aſpectus uniuerſus in lucem reflectitur:quod fieri nequit cum illa mouetur.

Cur fluctus præalti pelagi nequeant ſuperfrangi quemadmodum parui. An quoniam aqua parua diſtrahi ab aere magis poteſt:q̄ multa:propterea percuſſa facilius frangitur. Atqui in alto multa in breui pauca eſt:quæ in fluctus compellitur.

Cur loca auſterum uerſus ſpectantia aquas continent ſalſiores. An propterea quod mare in terram ſub auſtro interrumpit, dulces cum ſalſis miſcentur.

Cur aqua ſalſa uino dulci magiſq̄ auſtero ſupnatat. Vtrū φ dulce plus terræ cōtinet ſicuti uua paſſa An q̄a grauius & lętius dulce ē:ataq; min⁹ miſceť ĩmixtumq; reſidet atq; innatat.

Sed cur omnino poſſit innatare cū terrena:ſit nāq; delatio uſus deorſū ē. Vtrū propter calorē modo ſalis excremēto nāq; p ſūma erūpenti res ſimilis ē: An alia cā ſit. Nā ſi nō propter ea ita fiet uel dulci innatare minus incredibile erit:calidiſſimū enim eſt.

Cur fluctus ante interdū ueniāt q̄ uēti. An ea de cauſa qua etiam poſtea deſiſtūt primus etenim flatus prius quaſi lāgueſcit:q̄ fluctus ille impulſus: deuenit aūt in terrā:nō ea unda:quæ prima impulſa ē:ſed id uice pari ſubinde impelliť quod proximum deinceps excepit.

Cur littora fluctuoſiora ſolida ſæpe efficianť adeo ut plane paumēta uideanť; & ut ſolida ſūt:quæ frequētia fluctuū cōcaluerūt ita pars remotior ſoluta fit admodū & cedens. An ppea quod fluctus harenā nō minutiſſimā ſed maiuſculā procul eicit:ut & manus nō quod minimum ē:id maxime longe iacere poteſt. Tum etiā cū permulta & uaria promiſcue cōquatiantur:uerſenturq; pars minimorū interlapſa ſpiſſat.atq; cōſolidat:mox fluctus reſidentis:motio nihil ppterea protrudit:ſed opprimit paumētatq;: ergo quod exigua pcul exilire nō queunt incidit ut ex paruulis moles coaugmentetur quæ quoniā motu frequēti agitatum eſt cōtinua redditur:harena ſcilicet ĩterlapſam te prætenui:dū cōpages cōtentione ppetua cōſiſtat. Tū fluctu ultimo paumentatur:& humor leniter ſenſimq; irrorās cōglutinet. At ps ſepoſita oræ arida diſgregatur & funditur lapillis etiā conſtat maiuſculis minuſq; cōplanata eſt.

Cur ſuperius mare ſalſius & calidius ſit quā inferius; & puteis quoque potu idoneis pars ſuperna ſalſior ſit quam ima:quanq̄ eſſe ecōtra debuit:grauius enī quod ſalſū ē. An quia ſol & aer partē humorū leuiſſimā aſſidue detrahūt dulciſſimā autē quod leuiſſimū ē potiſſimūq; de propioribus locis hauriunt:& maris igitur & aquarum dulciū ſūma uis ſolis exercet. Itaq; ſalſius id eſſe neceſſe ē quod his reſiduū extat unde humor dulcis exactus ē:quā unde uel nihil minus abiit:propterea calidior quoq; pars eadē ſuperior ē. Salſū enim q̄ dulce calidius ē. Qua propter quibuſdā ex his qui a diſciplina heracliti ſūnt:placet ut dulci ex aqua ſiccata concretaque lapides terraque creentur mare autem fit unde ſol exalationes eliciat.

Cur maris pars terræ proxima dulcior eſt. An quia frequentius mouetur:Salſus autem humor eum mouetur dulcior redditur. An quoniam aqua in profundo ſalſior eſt: minus autem lata quæ proxime terram eſt. Quamobrem quæ ſtatim a terra præcipiti altitudine deſcendit:ſalſa eſt nec dulcedinis tantumdem reddere poteſt. Cuius rei cauſa eſt:φ ſalſa ſuo pondere in imū potius deferať.

Cur mare ſolum oĩum aquarū deuri poteſt:non enim pluuia nō fluuialis non aliqua potu idonea. Vtrum quia multum cōtinet terræ, quod ſalis argumēto ipſius cōſtat. An quoniam pinguiuſculū eſt:quod oleum demonſtat quod in ſale reſudetur

Cur lacus harenam:uel nullam faciat:uel minusq̄ mare & fluuius. An quia ſaxa in mari conſiſtūt: & terra deuſta maxime eſt harena autem ſaxum in parua minimaq; perfractum eſt:quod ictu fluctū frangitur. At in lacum ſaxa non æquæ conſiſtunt pura ſinceraq; neq; frangi itidem poſſunt eo φ fluctus non pari modo excitantur. Sed in fluuiis confici harenam, potiuus dixerim: quoniam terram hi detrahunt:ſaxaq; ſuo fractu perfrangunt.

Quam obcauſam cum lacus uel deminutus uel exiccatus eſt; fumētum in campo acrius gelu deuriť. Vtrū φ humor lacus aerem ſuo uapore tepefacit: ut minus atq; imbecillius congeleſcat:quam locis paluſtribus & cauis. An de terra ut uulgo dicitur frigus incipiat & ſubeat; ſenſim lacu igitur abſumpto frigus per terræ ſpacia, ampliora plenios inuadens gelu inſtringit deuritque amplius. Locis autem cauis atq; paluſtribus frigora de imis aſpirant quod etiam uulgo creditur & q̄q̄ terra, caleat tempoe hiberno;tamen quia humida eſt; calor per ſumma inſidens refrigerať; & perit: humor enim nec adeo procul eſt ut refrigerari caloris interioris beneficio nequeat:nec adeo paucus ut nihil ualeat madet enim terra ubertim, Fit igitur eo ipſo congeleſcente; ut quaſi ſuper glaciem & ambuletur; & bibitetur.

Cur mare ſimul & ſalſum amarum eſt. An plures eſſe in mari ſapores nil prohibeat:quippe cum genus ſalſum amaro coniungi eſſeq; ſimul latiſſime pateat.

Cur lapides & teſte in mari rotunda reddantur. An quia extarna compati adempta circumfracta

in rotundam se colligunt speciem: hæc enim sola simili extremo clauditur: mare autẽ quo quo uersus agitando pariter circũundique frãgit: atque obtundit.

Quam ob rem nonnusquã si quis circa mare infodiat: aqua dulcis principio emanet: post uero salsa efficiatur. An propterea mare ipsum dulcem illum humorem sub terra transmittit percollatque merito principio dulcis est: leuior.n.dulcis q̃ salsus est. Itaq; prior occurrit: & mare dulcis aliquid humoris in se habet: quod terræ permixtũ facilius innatare potest. Slsum uero quoniam & grauius est & aptius est ad secandum in imum defertur. Siue igitur ita est: siue per uenas ex cõtinẽte in mare dulcis profluat humor: non in merito p maris summa extare possit: qua se cũ eo cõmittat ergo meatibus post ea patefactis humor salsus copiæ suæ ratione uincendo. salsugine totam afficit aquam Accipit.n.ut supis obseptis meatibus: cõfluuiũ salsi humoris inter aliud faciat: contraq; patefactis totum istuc pferatur: quõ in corporis uenis fieri nouimus.

Cur mare cũ grauius quã aqua potu idonea sit clarius atq; perspectius est: Verũ quia pinguius est nã si oleum affusum efficere potest: ut melius per aquã incernere sit: merito cũ ipsum mare in se pinguis aliquid hẽat: perspectius & dilucidius sit: ipsum enim oleum aqua leuius est: quãuis nõ perspectius. An mare nõ pspectius est: sed esse tale uidetur: quippe cũ aqua dulcis: aut fontis: aut fluminis sit fons suam aquam non sine terra emittit: ut purissima esse nequeat flumen tũ terrã tũ fecẽ secũ detrahat: Causa igitur hæc sit: cur dulcis minus perlucida appareat.

Qua de causa qui mari natant: uentre salubriter euacuãtur: haud enim quia laborant: nã qui curriculo eunt uæhementius elaborant: sed tamẽ nõ ita euacuantur. An nõ oĩs labor id faciat: sed solus q nullã dat causam tabescendi intestinorũ: maris aũt mora uel oĩo edatiorẽ: & uentris inanitate aductiorẽ hominẽ reddi uidemus: est eteni uapor maris calidus & siccus.

Cur lacus pæsa qui potu idoneus est lauat: simul & purgat uestiméta humor.n.dulcis lauare põt: amarus purgase atq; abstergere: quæ quidẽ haberi simul non possunt. An nullus humor uestiméta suo amarore possit purgare: sed lentore tantũmodo quãobrẽ trunculi: & quæcũq; mucosa uim abstersoriã obtinent. Igitur & amara quæ ferme lentescũt purgare queunt cætera nequeunt. In hoc autẽ lacu accidit ut nitro uirtutis amatũ totũ deustũ sit pingue & lentum remaneat. Hoc igitur abstergit & purgat. Lauat autem suo dulci humore.

Cur maris undabundi quod desistit albicat: quod puoluitur nigricat. An quia quod minus cernim⁹ nigrius id esse uidetur: minus aũt cernimus quod mouetur q̃ q̓ quiescit. An quoniã cãdet q̓ trãspicitur nigrescit quod aspectu paruiũ non est: minus autẽ id transpicitur quod mouetur.

Cur aqua pfusi calida minus calorem percipimus cum peruncti oleo sumus. An pptet corporis lenitatẽ facile aqua dilabitur minusq; immoratur quã ut calor subire ualeat:

Cur puteorum aquæ tepidæ a meredie æstate reddantur. An quia tunc frigiditate aeris iam superata calor plene inualuerit: ante autẽ frigor calore soluitur & cessat. Nõ enĩ simul alter cessat alter inualescit sed spacio temporis.

Cur aqua interdum facta calidior quam flamma lĩgua deurere nequeat: flãma queat. An quia flãma prætenuis est: spiritusq; ex ea proficiscens partibus tenuissimus constat. aqua profecto crassiucula est: itaq; subire non potest. At uero flãma carbonũq; ignitamentum suam ob tenuitatẽ facile subeunt: & quæ resoluunt.

Cur aq̃ feruẽs liq̃facere neq̃at: uẽter q̃at. Vtrũ uẽtris calor sua tenuitate subite põt aqua sua crassitudine nequit. An q̓ cætera quoq; liquefieri humor phibet. Nulla.n.res est quæ ĩter humorẽ dilabi & tabescere possit. At in uẽtre humore in uesicã secluso facultas resoluendi acquiritur.

Cur fundus uasoꝝ nõ urit: quæ aquã feruẽtissimã continẽt: sed plæriq; fundo sustinẽtes deportant: aqua uero ipsa exẽpta urere põt. An eo q̓ calor in fundũ uasis cõtractus extingui ab aqua potest. Quo fit etiam: ut eliquari res nequeat: eliquabilis siquid humoris admittatur.

Cur aqua nõ perinde hiberno tpe: ut æstiuo efferueat: nõ solum pari cõcalefacta igni: sed etiam pleniori & tãtũdẽ calens: atq; etiã uæhemẽtius. An ppterea q̓ aquæ efferuẽtia bullarũ elatio est. Aq̃ igitur ipsa nõ minus hieme q̃ æstate calefieri potest, sed bullas efferri: frigus ambientis aeris prohibet. Itaq; minores paucioresq; consistunt. At æstate contra oĩno est. Ille autẽ efferuendi æstus nõ nisi frequentia magnitudineq; spumæ exultat.

Cur calida aqua rugare potest: ignis qui tã calidus est nõ potest. An quia ignis spiritũ agit ut 'tũ efacere ualeat. circũ enĩ cutis obtendit ruga autẽ cutis cõtractiũcula est.

Cur fundi uasoꝝ q̄bus calefacimus aquã tadiu calidiores sunt: dũ aqua ipsa frigidiuscula est. an q̃m aqua adhuc frigida calor cõcludat: circũ obsistatq; intus: cũ ei exitus oĩs denegetur. At uero aqua cõcalefacta: q̓ nihil p̄terea calor arcetur. sed libere respiret: deminuaturque fundus frigidior redditur: non secus ac balneæ. has enĩ hieme q̃ æstate calidiores experimur: quoniã calor hiberno potiusq̃ æstiuo tẽpore aeris circũfundentis frigore intercluditur.

Cur aqua feruens nunq̃ expaflat: fressum oĩe atque lenticula solida expaflant: q̃q̃ his leuior aqua ẽ

leuius autem procul proiici facilius potest. Quinetiam argentum cū decoquitur idē hoc facit. Itaq; qui in officinis argentariis defecandi funguntur officio argenti reliquias colligunt lucro. An quia expaflationē calor agit euaporādo cogendoq; ea quæ suo naturali impetu obstant aqua igitur quoniam leuius & prætenuis est: nihil per uim reiicit: itaq; nimius calor colligi non potest: sed antequā contrahatur: reprimitur omne: atque excutitur: quod subinde accessit: at uero quæ corpulentiora sunt ut polenta ut argentū: hæc ut per corporis grauitatem arcent repelluntque ita ui per renixum erumpunt: ut calor qua uicerit exiliat uæhemens. Facit enim corpulentiæ spissitas ne transeat: sed arceatur dum ictu caloris superfluentis extrusus sit: atq; eiaculatus. Fit ergo ictus non impulsus ut pote cū calor inferius sursum uersus efferatur celeriter.

Qua de causa quæ parte temporis calido in humore maduere tumēt: quæ multum hæc collabūtur & rugant. An quoniam calor ut ex cōcretis humorē elicit: ita ex humore spiritum creat densaque omnia laxat. Principio igitur concreta tepefaciens facit humidiora cū spiritum ex humidis ducens diffundit & tumefacit. Cumq; iam calefecit partem sūmā e laxat, ut uapor inde respiret: humorq; effic[a]tus facit ut moles concidat qua collapsa cutis omnium summa rugatur: quo autem contractione inequali flaccescunt: eo rugosa multiplici asperitate efficiunt.

Cur aquis calidis potius quā frigidis lapides concrescant atq; coaugmentent. Vtrum quo lapis defectum humoris consisti caloreq; potius quam frigore humore deficit & lapidescit calore: ut etiam Empedocles lapides inquit & saxa feruentium aquarū opera cōficit. An solum calor elapidat sed frigor etiam humorem nimio gelu absumendo: indurat facitq; lapidem. Quod si nimium frigus ita agit. Simpliciter quoque ita agi posse certum est.

Cur si inter aquam pedem qui teneat calidam pede quiescēte aquā minus calidā sentiat mouēte calidiorē. An idē quod uel in toto corpore accidat. Si quis enim curriculo it aerem qui subinde obuiā fuerit sentit frigidiorem: eoq; magis qua cursum agit prolyxiorem.

Cur amplius in sole res calidæ quā in umbra refrigerent. Vtrum quia minor calor a maiori absūmitur. An quod in umbra frigor circūfundens calorem interiorē reprimit: nec effluere sinit: quod idē moribūdus aqua: offusa frigida aduehit: quippe calorem concludat & arceat ne foras se promat: Deniq; per hyemem omnibus accidit calidioribus suam esse partem interiorem. At in sole ui nulla arcente calor effluit: atq; ocius euanescit.

Cur aqua minus salubris balneo sit: quam sol tepefecerit. Vtrū quia corpori adhuc insidens refrigeratur: horroremq; mouet: An est etiam istud. Verūtamē & si quis ea sæpe utatur ualitudini fiat obnoxius. Res enim calida omnino uim coquēdi siccandiq; obtinet: frigida compescere atq; cōtrahere potest. Itaq; utraq; aliquid boni affert: quapropter aqua & frigida & calida ex igne balneum prestat commodū. At quæ sub sole tepuerit, ob sui caloris imbecillitatem præbere illorum neutrum habet: sed humificat tantum perinde ac luna.

Cur aqua sole calefacta parum salubris sit. An quia rigorem aduehit, ubi refrigeratum est.

Cur aquæ magnesiæ: & artanæ feruidæ satis sint potu idoneæ An quoniam aquæ copia dulcis ad profluentem calidā sese applicat: eo tum modo: ut salsugo tollatur: & calor eduret.

Cur aquæ magnesiæ feruidæ feruere quidē: aliquando desierunt, salsæ tamē nihilo esse disierūt. An quod aquæ copia frigidæ aliunde fusa in fontes feruidos calorē omnē extinxit: Itaq; terra tametsi salsa persistere potuit: calida tamē eē propter aquæ adiunctæ copiā potuit. Proximū igitur id accidit aquæ quā per cinerē transmissam collamus, hæc enim transmissa per calidum cinerem nec ipsa suū frigorē amittit: & cinerē frigidū reddit. Salsa tamē amaraq; per cinerē ē. Sed cū aqua quæ frigida accesserat: alienigena esset: calor uernaculus terræ frigorē illū pauciorē euincere uiceuersa potuit atq; ita suum calorem aquæ recepesunt.

Cur aquæ feruidæ salsæ magna ex parte proueniāt. An quod plæreq; oēs per terrā alluminosam percollant: quod odore eorū cōstat, exustorū autē oīum cinis salsus est: sulphurq; redolet: quapropter feruida oīa modo fluminis urunt: & quidē pluta fulminis tactu extiterunt.

Cur calidæ balneæ sacre habeant. An propterea quod sulphure atq; fulmine rebus īgenuæ sacris proueniant.

DECIMASEPTIMA PARTICVLA QVAE AD AEREM VENTOSQVE PERTINET.

CVr membra corporis nostri in utribus obtenta inflatis doleant. Vtrū propter pressuram aeris. Vt enim extrinsecus utrē præmenti aer nō cedit: sed repellit: sic etiā quæ intus tenentur: aer cōprimit atq; afflictat. An quia per uim aer retinetur: stipaturq; foras uersus suapte natura undiq; impetens nimirum ad id corpus enititur quod medium continet.

Cur paludibus iuxta fluuios positis fieri soleant qui bomugi appellantur: quos thauros numinis religiosos fabulæ narrant: est id sane fremitus mugitui tauri adeo similis ut boues, cum audiunt nō

secus afficiantur q̃ si theurum senserint mugienté. An cũ aut fluuii in paludes se fundũt: aut paludes restagnãt: & uel a mari offensę retorquẽtur: uel flatum uniuersum emittunt: tũ fremitus ille excitatur. Causa uero ꝙ terræ cauernæ infodiũtur: in quas aqua interrũpens quoniá fluctus in eiusmodi redundatione mouetur: aerem per angustas ceu siquis in amphorá inanem strepitũ ꝑ osculũ mouerit mugimento similis sonus exultabit: mugitus etenim bobus per idipsum figuræ genus ꝓfertur. Multas auté mirasq; uoces informare figuræ cauernarum uariæ possunt, nam & amphore fundum si quis detracto operculo uicissim modo intus attrahés: modo extra depellens ꝓterat: sonum perintercapedinem tam ingenuũ reddet: ut belluæ pertimescant & fugiant: quod pomarioꝶ custodes emoliri consueuere.

Cur aer cũ aquá tágit nõ humescit. Nihil enim de cæteris est: quod si tetigerit humidũ non reddat. An ita eorum extima coeũt: ut simul sine ullo intersticio sint: nec plano diuerso distinguantur. Igitur cætera quoniá grauiora sunt subsidunt: itaq; humorem sibi admittunt. Aer ut leuior nihilo inferius uergit: q̃ extremum limitet. Tangit ergo quia nihil interiacet: remanet expers humoris quia semper super aquam extat.

Cur nocte media & meridie maxime cælum soleat tranquillari. An quia uenti tranquilitas aeris statio & requies est: qui tum constare maxime assolet cum aut uincit: aut uincitur: & enim quádiu pugnat mouetur atq; inquietatur. Vincit autem maxime nocte dimidiata: uincitur meridie: ut eni medio noctis sol remotissimus sic meridie proximus est, ad hæc flatus uel ortu solis uel obitu incipit: cessat, qui ortu cæperit: cum uictus est: qui uespera cum parta uictoria desinit. Itaq; fit ut alii meridie: alii noctis medio cessent.

Cur prima luce & iam mane frigus sit amplius q̃ nocte, cum sol a nobis propius absit. An quoniam cum dies instat ros cadit atq; pruina: quæ frigida sunt: ergo in spersis locis omnibus frigido humore merito acrius refrigeratur.

Cur in ponto intentius & æstus & frigora fiat. An aer regionis illius sua crassitudine nec hyems tepescere: nec æstate refrigerari potest. An propter uarium solis cursum. Recedit enim per hyemem: accedit per æstatem:

Cur noctu potius q̃ interdiu serenũ sit. An ꝙ & flatus & perturbationis causa solis uis est. Istæc eni motu accito quodá oriunť. Calor igitur causæ est: ob eãq; rem cum his adest quiescunt oía: & sole abeũte magis q̃ ueniente. & quod dici solet. Nauibus hiberno uentos dat terra secundos: hoc sibi uult: ꝙ ubi motus maximus est: ibi minime quicq̃ uel seruari uel consistere potest: æquabili náq; statu uiribusq; efficacioribus esse id debet: quod consistendum cõseruandũq; sit. Mare autem hybernis temporibus terra æstiuis sæuire illum in modum solitum est.

Quam ob causam humor pleno contẽtus in dolio diffusus in utres: non solum cum utribus recipi ab eodẽ dolio possit: sed etiam locũ relinquere quo etiam plus humoris capiatur. An quoniá aer in humore inest qui dum in dolio est excerni ꝓpter dolii magnitudiné non potest, fit enim ut exprimi de maiori uel humor uel spiritus difficilius possit: quẽadmodum etiam de spongiis amplioribus minus exprimitur. At cum in parua digeritur: extrudi iam de utribus expeditus potest. Itaq; dolium & utres: & humorem etiam alium capit magisque in uino id accidit: quia plus in uino aeris inest q̃ in aqua: huic sane proximum cineris & aquæ: tantũdem simul uas idem capere posse q̃tum plurimum utriusq; seorsum infusi capiat. Cineris enim complura caua & inania esse uidetur: quibus aqua sese insinuat: ut quæ tenuior sit & constipat uero spissatque arctissime quoniá particulatim constipatio agitur. Densantur enim adducantur que omnia plenius cum paulatim constipantur quam cum uniuersa quod cum ita fiat: cinis collabiturque: & subsidet simulque humorem in se per cauorum suorum opportunitatem admittit. At si cinis qui in aquam immittitur calidus est: aquam dirimit uertitque in aerem. Idem illud agetur etiam si primum aqua infundatur: post cinis iniiciatur: unde aquá etiam ipsam caua quædam & hiantia in se continere putaueris: An non aqua cinerem sibi admittat: sed cinis aquam. Quod enim tenuius est: subire id posse cõgruum est. Constat ité exprimento. Cũ eni cinis inspergitur, eodem reliqua aqua confluit quo loco inspsum est. Cuius cõtrariũ certe fieri debuit: si aqua cineris esset capiés. An si prius aqua uas ex toto impleuerit: nihil ꝑterea capiet sed adito quolibet effundeť. Si auté ubi semel aliquid aquæ ĩfusum est cini descenderit iam tunc quod dixi eueniet: quippe cum cinis sit ipse qui capere ualeat: hæc eadem ratio est: cur foueæ terrá inexemptam recipere totam nequeant. Locus eni ab aere occupari uideť: itaq; fieri nõ posse ut tãtũdem recipiatur.

Cur aer q luce crassior est: solida ualeat ꝑmeare, lux ipsa nõ ualeat. An qa lux ꝑ directũ tñmõ ferť: ob eã rẽ oculus q tráspicere ꝑ rara nõ possit: ut ꝑ punicẽ qa meatꝰ euariát ꝑ nitrũ facile possit: qa meatus positi e directo sũt. At aer ĩpediméto nullo arceť: qm̃ qua tráseat cedere e directo nõ soleat.

Cur aer ꝑ aquq; tactioné frigidus reddi possit humidus nõ possit. Et si qs in aquá uæhemẽter insfarit ut fluctus inde moueatur: & mũdetur. Frigidum autem reddi constat eo ꝙ qui ex aquis aspirat

refrigerat. An frigidus esse calidusue, naturæ suæ habilitate pōt, ut rei tactu ĩmuteť quā tetigit, humidus eẽ idcirco nō pōt qa leuior est, neq; ima humoris unq̄ sua ipse petit natura, sed sũmá semper planúq; attingit, & si deorsum cogať, humor quoq; feretur inferius ita ut nunquā in profundū sese ire patiatur.

Cur aer bullis cōtētus, aut de imis aquæ ascēdēs, haud unquā madidus emergat. An qa humor nō insidet, sed dilabiť, qui tamē cōtinet bullas, uel minor est, q̄ humefacere ualeat.

Cur aer madere nō possit aqua aurē queat qppe quæ ēt trāslata in aerē madeat. An eadē causa sit, q̄ & lapis madere neqat: haud enī madēdi oibus uis data ē: sed his tm̄ q̄ leta sūt & aut humida.

Cur utres ĩflati ualeāt fluitare. An ppea q aer sursum efferť. Vtres. n. & inanes dehorsum feruntť, sie ĩflati supra iō tesidēt: q ab aere sustinenť. Sed si aer eleuet: atq; phibeat: quo minus dehorsum ferantť, cur ĩflati grauiores efficianť. & qui fieri pōt ut cū grauior sit emineat: cū leuior deferatur.

Cur aer nō sursum feraťNā si ex motu caloris spūs excitari debeat ignisq; sublimia petere natus sit spūs eodē currere debuit. Siquidē mouēs illud sursum uersus ĩpellit. quodq; mouetur eodem ferri aptissimū est. Hunc enim tramite ferri obliquo latissime patet.

Cur aurora frigidior q̄ uespa est. An qm̄ altera noctis medio ,ppior est: altera meridiei. est autem ut diei mediū calidissimū qa soli ,pximū est: sic noctis mediū frigidissimū qa remotissimū.

Cur tēporis feruidi noctes molestiores q̄ dies sunt. An quia flatus oēs tunc cōsilescunt: anniuersarii nāq; illi & præuii minus nocte q̄ interdiu spirant.

Cur ĩcorrupta durare possint: quæ utribus continētur: inflatis aut uasis bene opertis, an qa putrent omnia cū moueňť ĩmotaq; oia sunt quæ plena: istæc autē plena.

Quā ob cām aere sudo aptoq; frigus fit acri⁹ q̄ nubilo cū stellæ sint calidæ & cælū: an qa nihil tūc est: qđ uaporē arcere cōtinereq; ualeat: sed diffundať necesse est: at cælo nubilo arceť: & aquilone magis q̄ austro eadē illa de causa auster enī nubes colligit aquilo dispelit: & quidē aquilone magis q̄ austro euaporari uidemus. & hieme potius q̄ æstate: aut ,ppter dissimilitudinē: aut quia uapor nō nisi refrigetato humore calido deptomi potest.

Cur minus q̄ plus aeris calidus sit: cū angusta enī oia sint calidiora. an qa magis moueť qui pluris est, motus aūt frigorē acciere pōt: cuius indiciū q calida cū moueňť: refrigerantur.

Cur aq̄ & terra putreāt: aer & ignis nō putreāt: an qm̄ oē qđ putret calidissimū fiat necesse ē igne autem calidus nihil est. an qa refrigerari prius oportet. qđ putredinē cōcepturū est. ignis aūt calidissimus semp est. aer uero igne refertus est; nihil autē putret cū calidū est: sed refrigereť ante oportet q̄ putreat. At aq̄ & terra uicissim mō calida mō frigida effici possūt.

Cur cælū nubilū tepidi⁹ sit, q̄ apertū & placidū. Vtrū ut ueteres auctores dixerunt, qa stelæ frigide sint. An id absurdū admodū est, sed qa cælo sereno uabor extrīgi melius pōt indiciū q uēto silēteros & pruina cōsistūt. Cū igiť serenū est: calor difflať quo humor eruitur atq; efferť itaq; aer frigidor fit. Qua de causa humor a calore demissus irrorat. ast cū nubilū est arceť & cōstat. quo circa nec ros nec pruina contrahi potest cum nubilum est. ergo calor ad terrā remanens: ut facit tepor amplior esse possit.

Cur altis ædib⁹ aer soleat uētileri reciprocariq; pſertim cū tp̄s qetū est. an q aer plaxo quodā contextu & hiatu lēto est. ergo cū hic extrinsecus ĩtroire ĩceperit cedit & cōtrahiť: aer quē domus cōtinet: quo collapso adductoq; inanior redditť: qui foris est: & spacia multo laxiora capescit quæ in spacia aer domesticus relabiť ferturq; expedire eodē qm̄ & ipse pendeat: & natura inanis reniti nequeat: quod cū per multa eius mēbra eueniat ,pximus huc aer sectať. adductus ,ppulsione primoris. Tū co large fotas iā ,pfluente: locus internus inanis redditť: & uacuus: externus contra: repletur spissescitq; ac deinde in hunc modū reciproco fluxu actitatur.

Cur uētus cecias: solus ex oīum uēto₂ numero nubes ducere ad se possit. Vtrū q uētus aduersus reflat eodē tpe. An qm̄ de locis eminētioribus spirat. Sūc enī partes quæ ad solē orientē uergūt eminētiores: q̄ quæ ad occasum: indiciū maris occidui magnitudo facit & latitudo. Quod cū desup in aduersum spiret, lineā sua delatione ista terrā uersus cōnexā agit: regionēq; inuadēs ut dixi occiduam: nubesq; p lineæ suæ figurā cōtrahēs ad se suo inde reflexu eas uocat atq; ĩpellit: quod solus hic ,ppterea facit: qa cætera loca uel editiora sunt uel submissiora quæ uersus ut aut de imo aut e directo flatus feraťdeuexus terrā uersus necessum sit: ita ut ad postremū reflexus effici nullus qat eo q flatus nō ad terrā subditā aeris amplitudini fine ,ptrahēdi faciat: nec ubi aer cogi ĩ nubes possit. Subsolanus ac cæteri minus caui: quoniam humidi non sunt: nubes nō cogunt: itaq; uel nullatenus uel minus idipsum facere possunt.

Cur aqlones anniuersarii fiāt austri nō fiāt. An austri quoq; fieri pñt: sed cōtinuit qa initiū austri lōge a nobis est. Aquiloois in uicino est quippe cū sub aquilone habitemus: itē aquiloles anniuersarii trāquillo aere spirant: quippe qui per æstatem moueri soleant, austri ueræ oriuntur: cū aer minus quiescit. addo etiā q auster humidus est, humido aūt supior locus alienus. Quāobrem humo-

res qui eo in loco cōsistunt:cito resoluunt:& euanescūt & cū humores erratici uagabundiq; sint accidit ut aer quoq; eodē ducat quo humores ipsi uarie dilabant. Quod cū non loco eodē agitet efficitur porro ut flatus diuersi oriant. flatus enī nō nisi motus aeris est.

Cur auster post pruinā spirare soleat:an quia pruina nisi facta decoctione haud unq̄ consistere pōt. Mutatio aūt post cōcoctionē purgationēq; fieri in cōtrariū solet. aquiloni aūt contrarius auster est. hæc eadē causa est cur post niuē auster spiret:oīno enim & nix & grando:& imber & oīs id genus purgatio cōcoctionis indicium est. Vnde fit etiam:ut post imbres cæterasq; eiusdem generis tempestates flatus desistant:& consternentur.

Cur procellæ hoc est:uenti qui excussi nubibus sæuiunt:imbre superueniente ocius cessant:an q̄m aqua expressa uentres nubiū consident unde flatus origo est.

Cur nō idem uēti ībrē ubiq; afferāt:an quia nō idem mōtibus ubiq; occurrunt sed aliis partes aliæ sunt obiectæ. Nubes enī ibi magis cōsistūt:ubi uentus nix quasi loca ardua superās depellere præterea nequit. Cū autē consistant ꝑmātur rūpuntur imbrēq; dimittunt.

Quā ob cām cælū purū & placidū serenū īdicat tps turbulētū hiemē ꝓnūciat. An ꝑpterea q̄ hiemis aer cōsistēte:spissescēteq; fieri solet:ergo cū sol euincit discernit illustratq; aerē:cū euincitur nubibus:offuscat atq; incrassat. Quod si cōstitio ualida:hiemis cōtinuo luce prima erūpit. Sed si ībecillior sit:nec tñ ex toto succūbens occasum uersus depellit qđ cōsistit:ac inibi manet eo q̄ aer terræ ꝓximus hieme instāte crassimus est & mox reliquus quoq; cōsistit q̄m initū firmamentūq; obtinet stabilitatis quod suscipe atq; colligere possit q̄tum subinde accesserit. Vt enī in acie conuersa in fugā uno resistēte:cæteri quoq; oēs insistunt:sic in aeris ratione fieri solitū est. Quāobrē cito repente interdū fit. ut cælū nubilū reddat. cū igitur occasus est ꝑturbatus cōstitionē minime uictā esse a sole diu pugnāte firmissime indicat itaq; plus itē posse cōsistere cōsentaneū est: & quidem minus timendū cū hieme ꝓgressa q̄ cū post serenū id accidit. quippe cum illa ratione ueluti reliquias quasdā restare. hac initum consistēdi oriri uideatur.

Quid est qđ flatus moueat tropœos. i. quos uersorios aut reciprocos appellamus an eadē ratio est q̄ euripi mari reciprocāte agitātur. nā & mare & aer eatenus fert:quatenus ꝓfluere licet. Deinde cū obice quadā amplius ꝓgrassandi licentia his tollit:qui terra ꝑgunt. ob eam. s. rem q̄ suæ motiōis delationisq; primordia parū habeant ualida. tunc reciprocātur & redeunt.

Cur idē illi tropœi mari spirare soleāt. Vtrū q̄a mare uicinū est, an q̄a tropœus apogeæ. i. flatui abterraneo cōtrarius est. Versatius enī tanq̄ reuersio abterranei est. quippe cum alteraneus flatus ex terra in mare proflués sit:cuius reciprocatio uersarius est. itaq; de mari terrā uersus spirare necessum est. an uenire inde putādum q̄m aer collectus in mari est:qui illo fluxerat. Sed ratio cur nec in terrā cōsistat:& reflectatur cū profluit q̄ mare in cauo est. Aer autē modo aquæ ad id fluit: quod cauissimum est.

Cur dici solet. Tertia lux nunq̄ nocturno aquilone laborat. an q̄ flatus septētrionis imbecilli sunt cum nocte spirare incipiūt. argumentū enim nō multū aeris esse motū q̄ eo tēpore spirare exorsus est quo caloris exiguū est:exiguū nāq; caloris exiguū aeris mouet. atqui flatus minimi oēs intra triduū finiuntur. ergo nec is diuturnior esse debet.

Cur aquilo crebrius q̄ auster spirat:an quoniā aquilo parti orbis terrarū habitatæ uicinus est. Idcirco latere nō potest. Simul enim ex sui temporis breuitate & spirat & adest:at auster quia elonginquo admodum nisi uæhemēs sit uenire non potest.

Cur auster minus hibernis noctibus q̄ diebus spirat. an ē qdē sol. noctis ēt tpe austrili regioni ꝓpinquus. & noctes ibi tepediores q̄ dies aq̄lonē uersus:itaq; aeris multū mouet:& nihilominus q̄ interdiu. Sed calor dierū uæhemētior omnē assumēdo humorē efficit ut minus spiretur.

Cur auster canicula oriēte moueat. Idq; lege naturæ certissima fieri soleat. An ꝑpea q̄ regio iferior orbis sole. s. remoto minus calidinē. Itaq; uapor īde large emigrat & multi ꝑfecto austri spirarent: nisi anniuersarii prohiberēt. An oib⁹ astris tū oriētib⁹:tū occidētib⁹ aer soleat cōmutari. Sed canē ꝑcipue. qđ qdē flatib⁹ latissime cōstat q̄ eius ortu & post ortū sequunt qđ cū æstus tūc uigeāt: sps calidissimos p idē tps oriri cōgruū ē. Auster aūt calidus ē:& cū ex cōtrariis in cōtrariū maxie cōmutari solitū sit, ortūq; canis ꝑuii uūcupati antecedāt. q aq̄lones sūt merito post eū auster spirat. q̄n qdē assignari necesse ē. idq; austris fieri oriētibus. huic aūt uerbo cū assignati dicim⁹ subiecta notio ē:aerē isigniter cōmutari & qdē mutari flatuū oīa gn̄a i uētos aduersos aut dexteros solēt. Quod cū aq̄lo nō trāseat in latus dextrū reliquū ē:ut in aduersum hoc ē:ut in austrū transeat. Quinetiā dies post brumā q̄ntusdecimus austrū ꝑ se fert:eo q̄ bruma initiū quoddā est:mouetur q; a sole. is potissimū aer q̄ brumæ uicinus est. Solē aūt tūc ad austrū uergere certū est. Vt igit cū ortū preptat. flatus excitat subsolanus. ita cū meridiē adit austros euocat:nec tamē statim a bruma id facit:q̄m breuissimas tūc agit distātias. Sed q̄ntodecimo quia tēpus id modice se habeat:ad primā discessus sensionē. Totum enim id tempus pats cōspicua est.

Qua de causa orationis exortu dies maximeq; uarient; flatusq; in opportuni moueant. An quoniã in mutatione uaria maxime oĩa sunt; quæ non uno certoque tẽpore motuue describunt. at qui oritur orion ineunte autũno occidit hyeme. ergo quia nõ uno tẽpore constat; sed alio incipit; alio cessat flatus etiam incõstates esse necesse est; utpote cũ ancipiti cõditione proueniãt; quos sibi tẽpus utrũq; sortitũ est & quidem difficilẽ esse orionẽ & cum oritur; & cũ occidit ex tẽporis uarietate recte affirmant. Turbulentũ enim atq; inæquabilẽ esse necessum est.

Cur aquilo nocte exorsus dieterie cessat. Vtrũ quia ex paruo imbecilliq; initio prodit. tertius autẽ dies decretorius est. an quoniã uniuersus modo ecnephiarũ. i. ꝓcellarũ nubibus excussorũ flatuũ funditur; idcirca compendio cessat.

Cur pueri aqlones spirãt. an q̃m pars orbis terre habitata septẽtrionibus subdita est eminentior & extra solsticiũ posita & niuis plenã; quæ nix non mõtibus nullis nunq̃ deest. Cũ igitur cõcreti humores tabescũt flatus magna ex parte oriunt. is aũt aqlo est qui a septẽtrionibus mittitur.

Cur austri hyeme atq; ineũte ueræ atq; autũno cessante spirate soleãt; undabũdiq; sint & cõtortuosi; atq; africæ nõ minus frigidi q̃ regioni nfati aqlones. an ꝓpterea ꝙ sole propinquo spiritũ moueri necesse est. Sol autẽ p hyemẽ austrũ uersus pfert; & ineũte ueræ desinẽteq; autũno iam calefacere incipit. æstate contra septẽtriones petit; & loca relinquit meridiana. Calidus autẽ propterea est; quia cum aere africæ miscetur; qui calidus est. hinc etiam in mare corrumpens ingẽtes excitat fluctus; facitq; australem æstatem.

Cur auster foetidi halitus causa sit. An q̃m humida & calida corpora reddit; quæ maxime putredini opportuna sunt.

Cur auster profectus mari ex cõmodus his sit; quoꝝ stirpes terra continẽtur; Nam & thriasio cãpo terræ atticæ; auster de mari occurrit. an quoniã refrigeratus accedit; rubigo autẽ per humorẽ calidum alienũq; consistere solet.

Cur uẽtus magna ex parte ante lunæ defectus excitet inicio noctis cũ defectus medio icipit noctis medio uero cũ mane; an q̃m calor lunæ ꝓpterea hebetat qa cursus iã proxime est qd defectus exultet. Remissio itaq; calore quo retẽtus aer quiescit; rursum moueri ac spũs reddi incipit.

Cur auster nõ incipiẽs sed desinẽs imbrẽ afferat. Vtrũ ꝙ aerẽ cogit elõginquo quo coacto aqua exprimit. cogit autẽ postea q̃ cæptũ est. an q̃m incipiẽte calidus adhuc aer est; quippe qui profectus a calido sit. in processu tẽporis autem refrigeratus in aquã melius consistere potest.

Quã ob causam cũ minor auster est; nubes nullas obducit maior nubilus & diuturnior est. Vtrũ ut quidã aiunt. initii causa ita accidat. Nã si ex minori proficiscat; liquidus uduſq; est. Si ex ampliori nubilus & crassus. an quia minor cũ incipit est. itaq; nõ multũ aeris compellere põt. Sed ad postremum amplificari cõsueuit. Vñ illud prouerbiũ. Cũ cessat boreas cũq; auster surgere cæpit.

Cur tempore hiberno flatus parte ueniunt exortiua æstiuo occidua. an ubi sol amplius nõ euincit aer libere profluit. cum igitur nobis occidit; nubes relinquit; quibus fauonii prodeunt; cũq; incolis iferioris hemispherii oritur; spiritum illis parte exortiua producit. contra cũ parti inferiori occidit fauonis illis subsolanos nobis consectante aere facit. Vnde fit ut quem aliũ uentũ occupauerit, augeat eo scilicet ꝙ non nihil adiunxerit.

Cur afflante fauonio canes uestigia minus ualeant cõperire. an quia plurimũ hic uentus confundit quoniam uentorũ omniũ continẽtissimus est; maximeq; terram attingit.

Quam ob causam stellæ prosiliunt; uẽti indicium datur; an propterea ꝙ a flatu feruntur priusq; ibi q̃ apud nos flatus excurrit. Quo fit etiã ut unde stellæ feruntur. hic flatus accedat.

Cur nubes maximas fauonius agit; an quia de alto spirat; regioneq; maritima nubes per ampla spatia colligit ampliores.

Cur uẽti ad postremũ uæhemẽtissime spirãt; an qa ubi uniuersi efflatũt caloris patũ relinquitur.

Cur si circa eqnoctiũ africus spirarit aqua fiat necesse sit; an quo loco orbis sol fuerit inde soleat excitari; itaq; pro solis discursu uicissitudo spũm agat. Quod cũ eqnoctiũ hyemis atq; æstatis cõfiniũ sit; dũ sol nobis cõspectũ eqnoctiũ agit aut iustũ trãsgressus limitẽ regioni se dedit hybernæ accidit; ut uẽti partis illius uernaculi spirẽt; quoꝝ primus africus ẽ natura humidus; & cũ sol partem orbis terrarũ hibernã plustrat. flatusq; regionis eiusdẽ moueat; euenit ut hyẽs suis fungatur muneribus. Cuius gñis iber est. Ad hæc cũ eqnoctiũ tanq̃ paribus examinatis uiribus hyemẽ atque æstatis cõstet. Si alterutris qcq̃ additũ sit; obitus momẽtũ exultabit conspicuũ; ut in eqlibrio põdus. Lãci adiunctũ alteri efficit. Quod cũ africus hiberni ordinis sit naturaque humidus; equinoctio additus; hyemẽ imbrẽque merito aufert. imber enĩ homines est flatibus familiarissima.

Cur auster atque eurus cũ flatibus sibi obiectis calidiores sint. alter aquilone; alter fauonio aquæ fertiliores sint; quãquã frigor est qui humorẽ ex aere depromat. haud enĩ ꝙ aquilo nubes hic pellit; idcirco aqua nõ ꝓuenit. Nam & fauonius & eurus nubes ambigit. quippe q ex latere pari mõꝑ ueniat; qnetiã cæteri oẽs unde spirãt inde depellũt. Vtrum quia frigor amplius introrsum circũ-

obsistit, cum calor amplius urget. An etiam regio facit unde spirãt ut sereni illustresq; ueniant. Eurus nãq; ex ortu fauonius ex occasu aduentat. Qui etiã ratio sit: ꝙ aer ꝑcalefactus celerrime ac plenissime refrigeratur, quõ etiam aqua. igit͛ euri aer de ortu calidus: austri de meridie fertur: cũq; frigidissimũ locũ adiere cõpẽdio cõcrescunt: atq; in aquã cõsistunt: magisq; eurus aquã agit: quoniam aerẽ de solis parte nec minus calidum ducit. Auster aquã mittit cum cessat: quoniã aer qui primus ex mari accedit frigidus est, ultimus autẽ tepidus ex terra occurrit. an non id solum causa sit, sed etiãq; ad postremũ auster crescit. Vnde illud prouerbium. Cũq; auster surgere cœpit: atqui frigidiores qui uæhemẽtius spirant: igitur merito in nubes aerẽ postea cogit. an ea ipsa ratio sit cur postquã principio fertilior aquæ occurrat.

Cur uenti siccant cum frigidi sint, an quoniã qui frigidissimi sunt uaporẽ eliciunt:

Sed cur amplius siccẽt q̃ sol. an quia uaporẽ nõ solum euocãt: uerũ etiã adducunt. Sol autẽ relinquit: itaq; ut magis humificat sic minus assicat.

Cur unus uẽtorum cæcias nubes ad se uocat: quod etiã prouerbiũ illud declarat. Vt cæcias nubes: sic ille opes trahẽs. cæteri nãq; unde spirãt: inde tm̃ modo expellũt. Vtrũ uẽtus aduersus eodẽ in tẽpore spirãs id faciat. an si hoc eẽt haud unq̃ latere potuisset, eteni spũs hic suapte natura circulari linea fert͛. Ergo cæteri per terram uagãtur. hic cælũ uersus suæ lineæ cauũ erigens non ad terram resupinans suam originem repetit: itaque nubes facile ad se ducit.

Cur fauonius serenus ac iocũdissimus uẽtoꝝ oĩum est: & qualẽ Homerus flare p cãpos elisios carmine illo dixit. Sed zephiri assidue spirãt: auræq; salubres. an primũ ꝙ aeris tẽperiẽ plene obtinet neq; enĩ calidus est: ut q de meridie ortuq; spirat neq; frigidus ut q de septẽtrionibꝰ ueniũt: sed medii frigidoꝝ & calidoꝝ flatuũ tenet. Quod cũ utriusq; in uicino sit particeps utrarũq; uitiũ euadit. itaq; tẽperatissimus est: & uere maxime spirat: ad hæc flatus oẽs trãsire uel in sibi aduersos: uel in dextros cõsueuerũt: itaq; cũ post aqlonẽ fauonius spiret: dexter enĩ hic est. efficit͛ adeo tanq̃ mitis ad imitẽ: & simul ubi destitit hyems. serenũ magna ex parte subsequi solitũ est. atqui flatus hibernus aqlo est. Subsolanus q̃uis inter calidos & frigidos situs minus qualitatis eoꝝ particeps est. hic eni cũ spirat flatus uergẽtes ad austrũ motitat quidẽ. istuc enĩ trãsferre assolet: sed misceri tamen cũ his minime patit͛. at uero fauonius & mouet͛ ab austro: & ipse cũ spirat moueat aquilonẽ huc enim usq; progrediẽs: uicissitudo spirituũ finem sui circuitus facit. Quod cũ unus facit alterius finẽ alterius initiũ secũ habeat merito suauius & est & esse uidetur.

Cur fauonius horis postmeridianis spirare nõ mane soleat. an sol magna ex parte uel oriens uel occidens auctor spirituũ est: Quotiẽs enĩ aer est humidũ tepefaciẽdo ꝑcoquit atq; discernit in spiritum sane illũ extenuat. Quod si tãtisper acciderit: ut aer spirãtiusculus sit: magis magisq; a sole uertetur in spiritũ. Quotiẽs igit͛ sol in exortu est. ꝓcul a fauonio abest. hic enĩ ab occasu se ꝓmit: & cũ iam occidere ꝓximus est, aer oĩno extenuatus discretusq; fluit. at dũ cõfecto meridie pergat ad postmeridianũ. tãtisper ad aerẽ tepefaciendũ discernendũque modice ad modũ habet. Subsolanus quoq; ob eã rem mane spirare incipit. aerẽ enim qui supra terrã sublimis impẽdens nocte humefactus solo sui põderis ratione appropinquarit. sol mane discernẽs ꝓximũ sibi excitat primum. Qui autẽ ex sole oriente spirat subsolanus hic appellatus est.

Cur sole se attollẽte spũs & sternunt͛ & augent͛. an qa spũs uel aeris uel redũdãtis humoris cõmotio est quæ ut cũ parua est, cõpẽdio a sole cõsumit͛ itaq; nullus spũs inde existit: ita cũ magna est solis exortu amplior redditur. Sol enĩ auctor & patẽs motuũ est.

Cur fauonius horis postmeridianis spirare soleat. an ꝙ spũs oẽs sole humorẽ diffundente: ꝓueniũt: humor enim qui ante ac cõcrescebat tabescit: cũ uis caloris in ꝓpinquo est: itaque spiritũ mouet: atqui fauonius de occasu spirat. Recte igit͛ post meridianis exorit͛. tunc enĩ sol eius ad locũ accedit

Cur aquilo & auster sæpissime spirẽt. an quia contrariũ a suo cõtrario e directo. s. oppugnatũ minime edurare potest: sed ex latere potius aduersam uim tolerat. auster uero & aquilo. excursus solis lateribus spirant: cæteri aduersi potius occurrrũt.

Vtrũ spũs fonte quodã emergat: quẽadmodũ aqua supra quẽ fontẽ efferri nequeat: an nõ & utrum uno ex pũcto. an ex loco ꝓfluat ampliori. Sũt certe nõnulla in aere quæ uel in aqua accidere pari rõne uidemus. Quippe cũ aqua per ꝓna ocius fluat: q̃ cũ in planis atq; æqualibus stagnat. hoc enĩ & spũs faciũt. nã locis editis atq; excelsis aer assidue mouet͛. cauis ecõtra sæpe quiescit & cõsilescit. ad hæc sup excelsissimos mõtes spũs nulli excitant͛: ut sup athon ac reliquis generis eiusdẽ. indiciũ ꝙ quæ reliquerint: qui modo superiori sacrificarũt: posteriori incorrupta cõperire affirmãt. Constat igitur spũs quoq; prolationẽ ueluti ex fonte quodã attitari super quem nihil ꝑterea efferre se potest. Vnde fit ut locis excelsis quod modo diximus accidat: quod idem datum etiã aquæ putauerim. Nec enim aquã uæhemẽtẽ nec spiritũ rapidũ locis excelsis fieri nouimus.

Cur austro spirante ceruleũ mare fiat: aquilone obscurius utriusq;: an ꝓpterea ꝙ aquilo minus mare ꝑturbat. omne autẽ quod trãquillus est: atrum esse uidetur.

Quam ob causam austri cũ leuiter spirãt:uequeat nubilare:cum intente nimirũ queant:an quoniã tum leuiter freqnẽtiam nubiũ agere nequeant:itaque breue sit:quod obduci nubibus possit:at nero ubi excreuerunt multas depellunt:itaque amplius obnubilare uidentur.

Cur aquilo ut magnus incipiat ita paruus desistat,auster contra ut paruus incipit ita magnus cessare soleat.an quia nobis aquilo in uicino est:auster longe abest.alter igit̃ ubi primũ exortus est nox occupat.alter suo dispso principio utpote diu ptracto exiguus ad nos primũ deuenit.at finẽ alterius minime itaq; merito alter ĩbecillus cũ cessat est. omniũ nãq; finis imbecillus est alter ualidus: Finem enim istius nihil ṗterea sentimus.

Cur uersarii q̃ mare sinuat̃ reflare soleãt:qua porrecta pãlaq; maria sũt:reflare nõ possint.an qm̃ flatus in sinũ interrũpẽs nihil distrahit̃:imo magna parte uniuersus,pfert̃.at in dispalatis porrectisq; obterranei &,ptinus magis distrahunt̃:& inter,pfluẽdũ hac eadẽ repatiunt̃:qm̃ nihil obsistit quominus multas in partes,pruant. Versarius enĩ nõ nisi reflexus abterrancis est.

Cur dici solet.cũ cessat boreas cũq; auster surgere cœpit:an qm̃ boreas q̧ nos ei subditi sumus: pars que habitata terræ uergit ad septẽtriones.intẽtus protinus accidit.quippe qui statim cum ortus ẽ auster q̧ ex loginquo ad nos deuenit:nõ primũ sed post intẽtior est.

Cur spirãtibus austris homines grauiores inualidioresq; sese reddunt.an ,ppterea q̧ humor corporis flatus eius calore tabescẽs multus ex pauco redũdat:atq; humor grauis leui ex spiritu cõsistit quas ob res uires hoĩs debilitari necesse est.

Cur spirãtibus aqlonibus cibi auidiores sumus q̃ austris:an ,ppterea q̧ aqlones frigidiores sunt.

Cur auster oris terræ ægypti nõ afflat:nec ĩterius iter diei ac noctis sup mẽphim uero uel inter diei ac noctis ingentius spirat:nec uero occasum uersus iter duũ dierũ:totidẽq; noctiũ adit exortũ aũt uersus africi incitant̃:an qm̃ terra ægyptus caua partes suas interiores est : supiores semotioresq; eminẽtior.hinc enĩ auster ut caua intacta supgredi sic excipi ab eminẽtioribus põt.

Cur auster paruus orit̃ magnus desistit.aqlo cõtra.unde ,puerbiũ illud secũdæ nauigationi delegatum est.cũ cessat boreas cũq; auster surgere cœpit : an q̧ ad septentriones potius q̃ ad meridiem positi sumus,aquilo aũt ex septẽtrionibus spirat.auster ex meridie:merito alter statim cũ ortus ẽ uæhemẽs proxima sibi loca inuadit.post deinde suã uæhemẽtiã in loca transfert remotiora:alter ecõtra hoĩes meridie incolas inter inicia urget post ubi ṗterit ingenuus ad nos uenit.

Cur dici soleat.Fit glacialis hyems boream si dux erit auster:an q̧ auster talis est : ut nubes large & aquam colligat.Cũ igitur tali temporis cõditioni superuenit:gelu indurat:hyemẽ quæ efficit.Vnde celebre illud est.Offendẽte lutũ borea mox terra gelascit. Lutũ enĩ & oĩno aquã ab austro uel maxime uel sæpissime fieri palam est.

Cur post austrũ cito aquilo spirat:post aquilonẽ nõ cito auster:an qm̃ alteri ex ,ppinquo alteri ex lõginquo ueniendum est quippe cũ sedes nostra aquilonẽ uersus posita sit.

Cur flatus frigidi ueniũt cũ caloris cõmotiõe oriant̃.an motionẽ a calore profectã calidã esse necessũ nõ sit:nisi mõ quodã,pdierit.Nã si uniuersa interrũpit calida est:si per angustũ paulatimq; extriguitur:nec ipsa calida ,puenit:& aer qui ĩde cõmotus est talẽ efficit motũ qualis ipse ṗfuerit : quõ & iã eodẽ de corpe modo calidũ mõ frigidũ posse spirari inquiũt. Sed id uerũ nequaquã est. semp enĩ quod exit calidũ est:cuius indicium q̧ tale propius admouẽti percipit̃:sed interest quo prodierit modo:Nã si multo posthiãte ore emisimus calidũ idcirco uidet̃:qm̃ sentire id possumus. sed si angutũ extrudamus:calidius ,pfecto extrictũ aerẽ sibi proximũ ĩpellit:atq; ille sibi cõtinuũ.Sed q̧ aer frigidus est:motio eius quoq; frigida,pfluit.Nunqd igit̃ in flatuũ quoq; rõne hoc ĩdẽ eueniat. sitq; p angustũ prima eoꝝ motio:tũ aere priore plato subinde alius affluat. Quapropter hyeme frigidi:æstate calidi oriunt̃.eo.s.q̧ talis eoꝝ tẽpoꝝ aer ṗest:nec enĩ a seipsum acrẽ moueri: neq; a calore cõuictũ:eo motu ,pferri cõstat:nõ solũ q̧ calore ampliori cõtento spũs calefaciunt. Veꝝ q̧ sursum etiã efferunt̃,ignis enim natura huiuscemodi est frigidũ cõtra deorsum ferri aptissimũ ẽ. Spũs autẽ merito in latus se uertũt.Cũ enĩ alterũ sursum alterũ deorsum uersus nitatur:& neutrũ alterũ superet:nec fieri possit ut maneat:obliquæ perferti necesse est.

Cur austri frigidi in africa sint ut apud nos aqlones.Primũ qa ut nobis aqlonũ origo:sic africæ austroꝝ ,ppior est.Nã si ut dictũ est.flatus p angustũ extrudi soleat.,ppioribus certe frigidiores occurrẽt:,ppter uæhemẽtiã sui motus quã diffundi hebetariq; necesse est:cũ se longius ,ptrahit qua de causa aqlones frigidi apud nos sunt.colimus enĩ ,ppius imo iuxta ipsos septẽtriones.

Cur austri sicci:& aquæ omnino expertes febres contrahant. An quoniam humorem calidum alienum in corporibus careãt. quippe qui natura humidi & calidi sint:quæ quidem qualitates febricæ sunt.Febris enim earum consistit exuperantia.Quotiens igitur per solis ardorem omni uiduati humore spirant habitu plane huiuscemodi sunt.at cum una ueniunt cum aqua refrigerari nimirum aquæ ipsius beneficio possunt.

Cur flatus anniuersarii eodẽ tpe atq; modo afflare semper soleant:& cur desinente die desinunt no-

tuque nõ spirãt, an id quidẽ ipsum qm̃ nix liquefieri cessat a sole cũ uesperascit, totãque noctem manet indomita, oĩno aũt spirãdi tẽpus rũc ẽ, cũ sol uincere atque resoluere glaciẽ ad aquilonem positam cœpit cũ igitur ĩcipit ꝑuu apellati spirãt, cũ iã amplius resolutũ est anniuersarii.

Cur fauonius uentorũ oĩum lenissimus & frigidissimus est duobusq; tẽporibus maxime spirat uere ac autũno, cũque uesperascit potissimũque terrã attingit: an lenis quia ex mari cãpisque planissimis spirat frigidus tametsi minus quã aquilo ẽ, qm̃ aqua inflata nõ niue spirat cæteris tamẽ frigidior ẽ, quia uel post hyemẽ sole adeo nup reuigẽte uel autũno cũ sol amplius nõ uiget spirare ĩcipit. Vicinus hic maxime terræ afflat, q2 e directo nullaq; aduersante ui ex mari ad terrã trãsit haud eni ut p terrã materia obsistẽte arcetur, sed libere quoquo uersus uagatur qm̃ humorẽ preptat & æq̃bili quoq; discursu hac eadẽ de cã ꝓfluit. Nõ eni ex mõtibus neque niue per uim tabescẽte sed tanquã per fauces expedite ꝓfunditur, pars q̃ppe ad aqlonẽ, aut ad austrũ uergẽs mõtuosa est occasũ uersus nullus mõs, nulla terra est, sed mare athlãticũ spaciat itaque efficitur ut terræ ꝓximus atque sibi æqualis pmanet. Spirat cũ uespera ꝓpe est loci ipsius ratione. Tũc. n. sol ꝓxime ad locũ accedit unũ fauonius oritur, Noctu q̃escit qm̃ tũc solis motio deest.

Cur euro spirãte oĩa maiora uideatur an qm̃ eo flatu aer obscurior caliginosissimusque reddatur

Cur tpe hiberno flatus de ortu spitare mane æstiuo de occasu post meridiẽ cõsueuit, an propterea quod flatus q nobis æstiuo ueniunt hiberno bis spirãt q oppositum terræ emisperium tenent, Nobis autẽ hiberno mane atq; de ortu spũs ueniunt: q2 ꝑhumidus noctis aer discernitur, mouturq; mane a sole, atq; is primis q proxime solẽ est quod etiã ante suũ exortũ sol agere põt, exquo auræ spirare non minus ante solis exortũ solent ergo cũ sol humores ad se attrahat, moueatq; ante suũ ortũ aera q per hyemẽ humidus apud nos ẽ cõstat uel ad se posse atatrahere cum inferius emisperiũ inspicit, idq; post meridiẽ ibi efficere, quod tẽpus nobis ante lucanum est. Quamobrem accidit ut aer qui ante ortum hic a sole attrahitur, fauonius inferis sit, aspiretq; horis post meridianis itaq; flatus hiemis nostre exortius nobis postmeridianis illis ẽ, idem nobis exortius accedit æstas enim apud illos est cum apud nos hyems nostrumq; postmeridianũ illis ante lucanum ẽ, quo illis auras exortiuas, a nobis fauonios aspitare ꝑdicta euenit rõe, Nihil de ortu p æstatẽ spirare solet eo quod sol ad aera sedis nostre sicciorẽ exoritur lauge enim tẽporis abfuit fauonii post meridiẽ nulli p hyemẽ aspirãt quod exortiui eodẽ tempore nulli inferiori emispherio flare ob eã quã mõ diximus cãm pñt. Sol enim humores inde ad se attrahẽs nobis fauonios præstat.

Cur fauonius illustris serenus atq; gratissimus uentorũ oĩum est, an quia mediũ calidorũ & frigidorum flatuũ tenet, uicinusq; illis oriens particeps qualitatũ generis utriusq; euadit tẽperatusq; proinde accedit, Subsolanus quãnis inter eosdem positus sit, minus tamen communem se exhibet hic enim mouet quidẽ cũ spirat flatus qui austrũ uersus spectant: eo namq; transire solitus est sed misceri his nescit. At uero fauonius & mouetur ab austris: & spirans ipse agitat aquilones, Istue enim ultimus spirandi circuitus ducitur unde cũ idem in se alterorum finem alterorũ initiũ contineat iure gratissimus & est & esse uideruir.

Cur uẽti alii locis alii ĩbrẽ efferãt, uerbi causa helespontias terræ atticæ insulisq; uicinis aqlo helesponto atq; cirenæ: auster lesbo. An ubi frequẽtia nubiũ inibi ĩbrẽ obuenire necesse est: ubi autem frequẽtia cogit, ubi assidere nubes arceriq; est, itaq; mõtibus magis q̃ planis pluit: ergo apud helespõtũ aquilo multas desup nubes cõpellit: qd idẽ ad atticã; ĩsulasq; uicinas helespontias quasi iã cõditã nactus materiã efficit quippe cũ copia larga cõgesta ab aquilone sit, lesbo eurus atq; auster nubes affatim ex alto adducũt; atq; in hũc modũ uel de cæteris cogitare par est.

Cur dici solet. Nauibus hiberno uentos dat terra secundos. Tunc mare fert sænos calidi sub mensibus anni. Terra dabit sæuos: ponti feret unda secundos, An quoniam mare per hiemem calidius est, Itaq; siquid in eo constitit: inicio constitisse ualidiori certum est. Nam si inualidum esset: facile maris tepore absumeretur. At per æstatem mare frigidum est; spiritusq; matinmi omnes frigent. Terra econtra tũc calida est: quare siquid ex terra tunc fertur primordio id constitit ampliori, Nam si exiguum imbecillũq; esset facile solueretur & euanesceret.

Cur apud archadiã qui locus excelsus est: flatus nihilo frigidiores q̃ cæteris locis sentiant. & cũ flatur siler cælũq; nubilũ est: frigidior pinde atq; in planis palustribus oriatur. An q2 archadia nõ dissimilis palustribus est, Aquarũ eni cõfluẽtiũ nullos in mare exitus habet: Quapropter fauces hiatusq; ꝑcipites ea in terra numero ampliori sunt, Cum igitur uẽtus spirat uaporẽ ortũ ex terra frigidum auertit & reicit, flatus autẽ ipsi frigidi propterea esse nequeunt: quia ex mari deueniũt, Spiritu tamen silescente uapor de aqua stagnãte libere ascendit atq; refrigerat.

Cur si uentus mane incœperit; edurare amplius possit, An quoniã sole oriente impetus fit uehementissimus iccirco protrahi longius potest, Indiciũ q2 cõstitutio facta præualida est.

Cur equilo interdiu spirat ingenuus noctu desistit, An q2 imbre gignitur congelatio cum solis calore respirandũ est, ergo sternitur noctu quia sol abest qui gignendi causa est.

Cur flatus futuri indiciũ datur cum per aerem multæ feruntur arachneæ. Vtrum q̃ arachnea suo fungitur opere cum cælum serenum est. ferunt̃ autẽ fila quoniã refrigeratus aer in terrã corruit Refrigeratio uero hiemis primordiũ est: itaq; indiciũ fit illa arachneaꝝ platio. An q̃ post imbres atq; hiemes arachneæ uniuersum ferunt̃. opus enim suum arachneos tunc exequitur cum cælum serenum est & occulit se impatiens frigoris cum hiems urget: tractusq; a flatu nimiũ eruit filum. post imbrẽ autem flatus magna parte oriri solitum est.

Cur locis frigidis aquilo per hiemẽ uæhemẽs spirat: & ut ꝓxime nubilus: sic transuorsum liquidus fertur atq; illustris. An ratione qua frigidus eadem etiam uæhemens sit. Quod tamẽ e propinquo frigidior est: occupat priusq; nubes gelu induraт q̃ repellat: quæ induratæ pondere suo obsistũt & manent. Transuorsum autem uæhementia sua potius q̃ frigore agit.

DECIMAOCTAVA PARTICVLA QVAE AD METVM FORTITVDINEM MORES DENIQVE AFFECTVSQVE VARIOS ATQVE CIVILE IVS PERTINENT.

CVr tremũt qui metuũt: an propter refrigerationẽ. defitit enĩ calor atq; cõtrahitur: ex qua aluus quoq; plærisq; ob timorẽ effuudi solitus est.

Cur metuẽtes nõnulli sitiunt. Vt qui sunt tormẽta adituri. cũ enĩ per timorẽ refrigerẽtur: sitire minime debeãt an nõ eodẽ loco refrigerẽtur & caleant sed refrigerentur per sũma corporis: unde calor discedit: caleant per intima caloris. s. introrsum cõtracti efficientia. Cuius rei indiciũ alui quoq; solutio facit. Sitis autem parte quadã interiore siccata solet accidere: nec aliter agi uidet̃ q̃ in his quos epiala exercet: qui simul & frigẽt & sitiunt. Nec enĩ illis pars eadem corporis inalgescit & concalescit.

Cur hoĩes cũ excandescũt: calore. s. introrsum collecto feruidi fidibũdiq; reddunt̃: cũ metuũt cõtra efficiunt̃. an nõ eundẽ in locũ calor se colligat. sed homini irascenti cor calore circũfusum efferuent: ex quo fidibundus rubicũdus spirabũdus efficitur: cũ calor sursum uersus se efferat. Metuẽti sanguis & calor in imum perfugiũt. Vnde fit etiã ut aluus fundat̃. Nam & cordis compulsio nõ similis agitur: sed metuẽti utpote ex caloris inopia frequẽs ac feriẽs est. Irascẽti ecõtra: utpote cum calor collectus sit copiosior. Quãobrẽ efferuescere alo excitari: pturbari: cæteraq; id genus uerba non inepte sed accõmodate dicũtur. Nunquid igit̃ sitis ea de causa obueniat: nã & siccũ expuere. & linguã hærere & reliqua huius spiritus elatio facit & sanguis. Sitim quoq; excalescente corpore nasci certũ est: sed quẽadmodũ pars eadem corporis qua sitis lacescit resiccari utriq; metuẽti & irascenti possit. metũ enĩ sitim posse afferre cõstat militũ argumento qui supati fugã rapuerint: nũquã enim tam grauiter sitibundos sese fuisse fatentur: & uero qui in dicẽdo cõturbãtur sitire uæhementer cõsueuerũt itaq; ꝯseluũt: & nõ nihil subsorbẽt ut parmenõ histrio facit: an hoste cõturbatos nõ sitis sed siccitas pulso sanguine teneat. Vñ etiã accidit: ut pallescãt. indiciũ uero q̃ nõ multũ ebibũt: sed ĩterdũ desorbuisse tñ satis est. Atqui se in fugã uerterũt: laborãt itaq; sitiunt: & q̃bus tormenta instant cadẽ ipsa efficiẽdi ratio est: nec mirũ quicq̃ id est. fit enĩ in re bellica ut nõnulli etiam uiri fortes ac strenui ubi structa acie hostes sunt petituri obtremiscãt: nõ pterriti: sed fidentes qui et ã sua corpora uerberare lata ferula: aut suis manibus assolent ut undiq; uorsum pari colore inferueant. quidam enĩ inæqualis ac tumultuarius motus in eoꝝ corporibus p acumen & nimiũ impetũ caloris oriri ferme animaduertitur.

Cur hoĩes fortes magna ex parte uinosi sũt. An q̃a fortes calidi sunt. Calor autẽ in pectore cõditus est. Ibidẽ enĩ metũ quoq; refrigeratione quadã effici nouimus: ut cor fortibus caloris copia fultũ ꝑsistat timidis refrigeratũ insiliat. ergo qui sanguinolentũ habẽt pulmonẽ calidũ hũc modo uinolentoꝝ getũt. ita ut rei aduersæ suspiriõe refrigerari nõ queãt. At q̃ ita se habẽt: bibendi auidi esse cõsueuerunt. nã & bibendi cupiditas mẽbri eius calore oritur ut alias dictum est. & cupiditas ipsa non nisi rei uim sedandi habẽtis desideratio est. Vinũ autẽ etsi natura calidũ est sitim tamẽ amplius q̃ aqua extinguere põt. maximeq; id genus hominũ: quã ob causam dictũ alias est: ex quo & q̃ spirãdi difficultate laborãt: aut insania uexant̃: uinũ ad modũ cupiũt: q̃q̃ alteris ex instrictione alteris ex perturbatione pulmo efferueat. Cũ igit̃ magna ex parte hoĩes eosdẽ sitibundos ac fortes esse nbueniat: uini autẽ auidi qui sitibundi talesq; gestiunt. naturas uicissim inter se consectari necesse est. Vnde fit etiã ut uinolenti q̃ sobrii fortiores sint.

Cur fortitudinẽ maxime honore ꝓsequunt̃ respu. quæ tamẽ uirtutũ pcipua nõ est. An quia semper uel ipse bellũ aliis inferunt: uel ab aliis sibi illatũ patiuntur. hæc autem uirtus perutilis utrãq; in partẽ est. honorãt uero non quæ optima sunt: sed quæ optima sibi existiment.

Cur uoce & manibus & labro inferiori tremãt qui metuũt. an quoniã hic affectus caloris defectio ex locis supioribus est: ex quo ut palleat accidit. Quod igitur calor pectus deserit: uox obtremit. Id enĩ refrigerat̃ quod uocẽ mouet: & manus quoq; pari ratione cessant̃: utpote quæ ex pectore

pẽdeāt. Inferi⁹ tñ nõ supi⁹ labrũ q̃tr̃: qa supi⁹ eo pẽdet: quo suapte natura uergit. Inferi⁹ sursum caloris bñficio stabilit̃atq̃ qescit quo sublato ialgescit & tremit: & uero in excãdescendo imũ labrũ eadẽ de cã lassat: & pẽdet qd late in pueris patet. calor etenĩ in cordis sedẽ cõfere se cõsueuit. Cut hoĩes metuẽtes tremũt: maximeq̃ uoce & manus & imũ labrũ an uoce qa calor hinc deficit: quo in loco uox posita est: labrũ uero & manus qm partes istæ nobiliores sũt: minimeq̃ sanguino lentæ bilẽ quoq̃ idẽ deficiũt: & testiculos cõtrahũt. deficiũt qa calor descẽdẽs diffundit & liquefacit. Cõtrahũt qa metus inuectus extrinsecus efficit fugã in aduersum agi oporteat.

Cur hoĩes metuẽtes: & algẽt & sitiũt: quæ qdẽ affectiões aduersæ: tet se sũtian algẽt refrigerati sitiunt calefacti. Calor eni in metuẽdo supiora deserit locatq̃ facie aluoq̃ cõstat. facies eni pallet. alius sterdũ fundit. ergo q̃ calor locis supiorib⁹ deficit: algor orit: qa humor deficit: sitis exultat. Quã ob causam cũ & metus & dolor quædã sit ægritudo: q̃ dolẽt clamãtq̃ metuũt silẽt: an q dolent suũ retinẽt spũm: atq̃ is uniuersis erũpẽs cũ clamore emittit. Metuẽtibus corpus refrigerat. caloreq̃ ima petit: qui spũm mouet. Quo igit̃ hic se cõtulerit: ibidẽ spũm potissimũ excitabit: q̃ propter neuter eorum q metunt obstrepare solitus est. Vox aũt sps sursum uersus elatus est: partibus quibusdam ueluti instrumẽtis cõsciendus absoluẽdusq̃. Cã uero cur hoĩes dolentes suũ retineãt spm est: q̃ oẽs idtis a natura nobis pñdũs aliquo detrimẽto affectis: sine ulla cogitatione uti sole musiut et cæteræ oẽs aiantes aliæ nãq̃ cornibus aliæ unguibus repugnãt: sese q̃ defendunt. atqui ad dolores uel oẽs certe uel plurimos calor adiuuat. quẽ ,pfecto is auget qui suũ cohibet spm. Cale facit enim doloris incitabula: contractio in ttorsus calore p spm atque excoquit.

Cur metuẽtibus alui fundatur: libidoque urinæ lacessat. an quia calor insitus nobis q̃ si aiãs est hic ergo rẽ q̃cũq̃ timuetit: defugit. q̃d cũ extrinsecus tũ cõturbãdi tũ cæterotũ metuẽdi gñerũ rõ inchat atq̃ in ima de supis defluat. & e sũmis ad i tima sese penetret. efficit ut alui uesicæq̃ fundãt facilesque reddant. Nã & anethũ & absinthiũ & q̃cunque urinã moueat eadem calida esse manifestum est. Quinetiã medicamẽto aluo accõmodata calorifica esse nouimus. & partim eorum soluẽ di uim tñ obtinẽt. parti uel aliter tabefacere queuntur allũ urinæ tabifici ẽ. hoc igitur idem qđ ea ipsa calor quoque efficere põt qui de sũmis in hæc loca sese cogit & cõtrahit:

Cur hoĩes metuentes suos testiculos cõtrahunt. Cõtrariũ eni ut remittant & flaccẽat cõgtuũ dixeris cũ calor metuentiũ in eũ locum se colligat. an metuentes omnes fere similes frigẽtibus sint. Cum igitur calor summa corporis deserit: retrahendũ sane est. quãobrem uentris quoque murmur ci tatur cũ timor uehemẽs detinet. cutem quoque algenuũ summam uidemus contrahiturque cum calor inde destituerit oẽs ex quo subsequi hortos cõsueuit. Scrotum ergo sursum conuellitur: atq̃ eo contracto una testiculi cõtrahitur. Quod melius in coitu uenereo patet. Metus enim excernit multisque cõturbatis aut pterritis genituræ mouetur profluuium.

Cur aliqui ægrotẽt: tũc mñ luxuriosam uiuere assueti agere luxuriose cessarunt. ut. Dyonisius tiran nus q̃ in urbis suæ obsessione aliqtũ tpis a potu solito destitit: tabe ,ptinus interea laborauit. An cõsuetudo res magna cuique sit. Iã eni in naturæ hitũ ferme absoluitur: ergo ut pisces inter aerem aut hõ in aqua degens male habeãt necesse est. ita qui morem mutarint solitũ: ægre atque moleste ex cõsuetis discedunt. & eodem rediisse sibi saluberrimũ hñt perinde quasi ad suæ naturæ statum redierint: Tabescũt item alimẽro carentes: quo ante hac copioso fluitassimoque uti solebãt. Quod enim cibo solito uescũtur pinde afficiuntur aciũ nullũ penitus capiant. Quinetiã materia excrescẽs atque in utilis mixta cũ alimoniæ copia hebetescit: exolescitque. Immixta autẽ ipsam in natam ferẽ que in oculos aut i pulmonẽ. Qua propter cibo deĩde i gesto solito tẽperatur dilutaque & i noxia redditur. Redũdat ptereạ uacans illa materia hoĩ imoderate : luxurioseque uiuẽtĩbũ luxuriari ali quãtisp desitieo quod multã in se materiã cõtinet indigestã uitæ.ſ. supioris cõgerit: q̃ tabescẽte ca lore gemino ac intimo efficit ut fluẽta uberius ueluti copia que facta moueantur.

Cur duo⁹ trimodo sensuũ rõne hoies incõtinentes uocamus: idest tactus & gustus. An ,ppter uoluptates quæ pariter nobis ac cæteris aiantibus oĩbus per hosce sẽsus admisitrãt. Quod igit̃ cões eas cũ bestiis habemus spernimus & solas oium aut maxime uicio probroque damus. Itaque hoiem eis addictũ uituparnus: etiam incontinentem atque intemperantem appellamus: quoniam a teter rimo uoluptatum genere ducatur.

Cur hoies incõtinentes: rõne tm̃ cupiditatis dicimus: cũ etiam in irascendo incõtinentia sit. An quia incõtinens est qui contra rationem aliquid agit: & incontinentia est assuetudo rationi contraria Sunt autẽ cupiditates fere oẽs tõnem. Iræ uero cum rõne non tñ ita cum ratione ut ratio iubeat: sed in uectam contumeliam causamue significet.

Cur continentia & temperantia in iuuenibus atq̃ ditibus recẽsemus. Iusticiam uero in pauperibus An quia siquis re abstinet: cuius maxime indiget laudabilior est quã si ecõtra. Paup igitur facul tatibus indiget: iuuenis & dives fruitione.

Cur minus sit in qua famẽ tollerare possimus. Vtrũ quia sitis res magis anxia est. Cuius idcirõ quod

suauius sitientes bibimus quã esurientes comedimus tristius autẽ qđ suauiori aduersũ est. An quia calor quo uiuimus humidũ magis q̃ siccũ desiderat. An quia sitis reꝝ duaꝝ libido est potionis in quam & cibi fames unius cibi tantummodo est.

Cur minus sitĩ quã famẽ patiamur. An quia siti amplius cõtristamur q̃ fame. Cuius indicium uoluptas sane facit; quã inter bibendũ capimus uahemẽtiorẽ. Tũ etiã qui sitit res duas desiderat cibũ atque refrigerationẽ. Isthæc enim ãbo potio exhibet. Atqui esurit alterius tantũ appetẽs est;

Cur incontinentes eos appellare solemus; qui uoluptate cõtractãdi aut gustandi exuperatũt. Nã qui immodice re utuntur uenerea; & qui luxu delectantur; ciborũ inconrinentes uocamus. Ciborũ tñ non eadẽ ratio est; sed partĩ linguã partĩ gulã sua mouẽt suauitate. Vnde Philoxenus gruis collum a dñs imortalibus sibi dari obtabat. At uero qui in uidendo audiendoue modũ excedunt; non eodem uocabulo significamus. An qm̃ uoluptates sensibus hisce accomodatas; cões cũ cæteris aĩantibus habemus ergo ut cões spnimus notamus solasq; oĩum aut maxĩe probro damus. Itaq; hoĩem his deditũ rephendimus; & incõtinentẽ atq; intẽperãtẽque appellamus; quod uictus a teterrimo uoluptatũ genere ducitur. Sed cum sentiendi genera quinq; sint cætera aĩalia duobus tñ que modo dixi uoluptatẽ sibi acquirunt cæteris uel nihil oĩno delectantur, uel per accidẽs ita afficitur. Quod enĩ uidet aut olfacit tãtisper gaudet quo ad gustus tactusq; officio fruiscatur. Cum genus idipsum cõcupiscendi expleuit; illorum quoq; suauitas desiit ut ẽt nobis salsamenti odor cũ ĩdigemus suauis est. Vbi sanari repletiq; sumus ãplius suauis nõ ẽ. Rosæ aũt odor semp suauis ẽ.

Cur minus risũ retinere possimus cũ amicos nr̃os familiatesq; uidem⁹. An uolubilius qđ elatius; atque suspẽsus sit. Atq beniuolẽtia ferme huiusmõi ẽ; ergo merito rũc ad surridẽdũ mouemur.

Quã ob cãm cũ maior iniuria sit offeusa q̃ maius sit bonũ maior iniuria pacuniæ æstĩcẽ q̃ honotis & hoĩes iniusti potius ĩ re pecuniaria eẽ uideantur, an quie multitudĩ pecuniæ honori añponũtur oĩbusq; cões maxĩe hñtur, honor ãt paucis ratoq; usu cõtigit.

Cur depositũ denegare iniquius sir qui mutuũ. An ꝙ amico iniuriã facere turpe est. Depositũ igitur qui negat amico iniuriã facit, nullius enĩ quicq̃ deponit nisi credẽs cõfidensq;. At is cui debet amicus nõ nõ est nõ enĩ mutuat; sed dat qui amicus est; an quia maior iniuria cõmittitur. Præter dãnũ enĩ fides negligitur; cuius gratia q̃uis nil aliud cogat; abstinẽdũ ab iniuria est. Ad hæc nõ par pari reddere uicio datur, hic igit̃ rem suã credidit tanq̃ amico ille denegat tanq̃ inimico. At qui mutuauit nõ dedit ut amico. Itẽ qui deposuit custodiendi reddendiq; gratia dedit qui mutuauit, fructus etiã sui gratia dedit; minus autem ægere ferimus iacturam si questum emolumentũq; nobis petimus ut piscatores factã iacturã rhetium æquo amnio ferunt. periculũ enim exploratũ sibi habebãt. Addo etiã ꝙ qui suũ deponũt hominũ uitãtes perfidiã; fortunaq; laborantes aduersa plerũq; id faciũt. Qui uero mutuãt pecuniis abũdãt fortunateq; degunt. Iniquius autem ẽ iniuriã homini ĩfortunato q̃ fortunato intulisse.

Quãobrẽ in foris nõnullis familiæ potius q̃ testamẽti rõne sniam fieri solitũ sit. An ꝓpea ꝙ de familia emẽtiri nõ licet; sed uera fateri necesse ẽ. Testamẽta aũt multa iã falsa eẽ redargui poruerit.

Cur pauptas apud hoĩes honos potius eẽ q̃ apud prauos soleat. An qa oĩb⁹ odio habet atq; expellit ad ꝓbos pfugit, rata maxĩe apud eos salutẽ pmanẽdiq; locũ se posse asseq ecõtra si ad prauos, uenerit nunq̃ eos fortuna ista fore cõtẽtos sed uel furta latrocinia aditutos; qb⁹ reb⁹ futurũ ut ipsa amplius apud illos manere nequeat. An qa hoĩes ꝓbos optĩe se uisuros existimat; nec sibi perulant cõtumeliose quippiã facturos. Itaq; ut nos pecuniarũ deposita tute hoĩb⁹ bonis credimus; sic ẽt hæc sibi dispẽsat & statuit. An libẽter se ad uiros optimos cõfert; qa fœmina est; iopsq; ꝓinde & utriũ & cõsilii; ut eiusmodi hoĩbus cõmẽdatã se eẽ magnope uelit atq; desideret. An quia mala est; nunquã se malis iungere uelit. Nã si ita maluerit oĩno malũ irremediabile ipsa reddetur.

Cur nõ quẽadmodũ amplificãtur iniuriæ in pecuniis ita cæteris etiã in rebus ualeant augeri uerbi causa; qui leui aliquid dixerit nõ ꝓpterea rem quoq; reticendã aperiet, neq; q unũ ꝓdiderit; uel totam rẽpublicã ꝓdere ꝓpterea uelit; sicut qui obolum abstulerit etiã talentũ auferet. An quia sunt quæ partius quidẽ per impotentiã sed uoluntate amplius iniquæ cõmittantur.

Cur depositũ etiã paruũ denegare turpius est q̃ debitũ magnũ. An qui depositũ negat hominẽ fraudat; a quo bonus ipse existimatus est. An qm̃ qui hoc facit; illud etiã facere uelit.

Cur homo qui adeo eruditione ꝑditus est; animantiũ omniũ iniustissimus sit. An quia ingenio cogitationeq; plurimũ ualet. Voluptates igitur & fœlicitatem rimatur maxime atq; perpẽsat; quæ nisi iniuria nemo assequi potest.

Cur diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius q̃ bonis habeantur. An quia fortuna cæca est; discernere sibi atq; eligere quod melius non potest.

Cur iustius habitum est hominibus uita functis opem ferre q̃ uiuis. Ar quia uiui sibiipsi ꝑsidio esse possunt illi defuncti nihil ꝑterea possunt.

Quã ob causam qui moram cũ homine sano traxerit; nihilo reddi integriori corpore possit: neq; q

cū robustiorī aut pulchriorī uersatur quicquam in eiusmodi hitus proficat, iusto aūt & tēperati & bono qui se deiūxerit; melior in his ipsis bonis aī euadet. An qm̄ bona copotis animo imitari nō possimus bona aī possumus, est autem qsque bonus uirtute aī; sanus uirtute corporis. Assuescit igitur exemplo melioris recte modo lætari modo contristari. Quod is assuescere nequit qui cum sano est; haud enim quisquā sanus in eo est ut lætetur quibus rebus lætandū tristetur quibus tristandum sit. Nihil enim ex his sanitatem creare potest.

Cur mulierem īterfecisse iniquius sit quā uirū quaquā naturæ rōne mas fœmia pstantior ē. An quia mulier ībecillior est; minusq; pinde facere iniuriā potest. Itē enim aduersus id quod longe infirm⁹ est; nihil uirile īmo stolidum atq; iniquissimum est.

Quam ob causā reo dexter apud iudicem locus dat. An ut rō cōpensandi habeatur. Cum igit̃ res faciat accusatorem superiorē reo status cōceditur melior; ut se aduersario possit æquare. Tū etiā re⁹ magne ex parte cauere cōsueuit; q melius facere ita possit, si locū dextrum obtineat.

Cur si suffragia pari numero accusatori & reo fuerint reū uincere sanxitum est. An quia agitatur cā tunc primum ea audit reus; atq; rñdere testesq; adhibere debet. aut aliquid facere aliud unde sibi presidium eruere possit; facile autē nemini est diuinare; q̄ sibi premoliēda preparādaq; sint; ut testes. aut aliquam fidem aliā; qua se innocentem ostendere ualeat; at uero accusator & aīquam in iudicium uocet rem disponere atq; statuere pōt; put sibi libitū est. & cū iā accersiuit. fictis uere quibusdā similibus agere. Quibus rebus cum legum auctor minui partes rei uideret fauendum cēsuit ei quotiens sniæ iudicum pares inter se fiant. Quinetiam hoc in his maxime intelligere licet quos metus terruerit. Multa enim ibi pretermittunt: que uel dictu uel factu sibi necessaria statuerunt. Atqui reus periculo semper fere utitur grauiori; ut amplius metuat. ergo si ea ꝑtermittere cogitur. qbus possit suam augere defensionē dubiū nullī est quin nisi ꝑtermitere; uincere aduersariū posset quādo illis prætermissis potuit tamen sui iuris præsidio æquiparare. Ad hæc nostrum unusquisque nocentem potius uelit liberare; quam innocentē condēnare; ut si de assertione libertatis aut homicidii agitur reum liberare potius uelimus nocentem q̄ condennare innocētē. Cū enim quis ambigit errorem suscipere debet leuiorem: nā etsi iniquū etiam est liberum; asseruisse qui seru⁹ est; lōge tñ iniquius seruū sanxisse qui liber; est. Item quemadmodum si. Q. inuehit crimē. C. litigat nō ptin⁹ rem criminanti restituendam censemus sed possidenti tenendā usq; quo iudicatum sit, ita etiam de pluribus par esse putamus; cū. s. iudicū asserentiū iniuriā & negātiū parē numerū esse cōstat. Vt. n. principio cū alter criminatur alter inficias it; legū auctorē nō crimināti fauere sed reū iubere dñm rei eē tātisper debere dū accusator super oportere existimamus. Itidē cū pari suffragioꝝ iudicatur examine; reū suoꝝ cōpotē eē censemus cū sniis paribus nihil exuperātiæ legū auctor accusatori reliquerit. Magnis itē dilectis magna supplicia statuta sunt. Itaq; si iudices iniusta snia hoīem capite dānarint; post suū errorē emēdare nullā tpis facultatē nāciscent̃. Sed si minus integre liberarint: si hoc ita caute tuteq; fecerint; ut nihil ꝑterea delinquere ille uellet; quid quæso errauerint. Iudices q hoīem usq; eo emēdatū liberarint. Sed si post hac etiā delictū idē cōmiserit; morte tum utriusq; delicti causa mulctādū lex ꝑcipit. Itā hoīs est pfecto iniquioris ea cōmittere quæ crimini assignari iniquæ minus cōsentaneū est. Iniuria eni uel per irā; p metū; p libidinē; p multas alias huiusmodi causas aduehi pōt; nō tñ modo ex cōsulto. Crimē autē ex cōsulto magna ex parte iniuste obiicitur; q̄obrē cū sniæ accusatorē iniuste agere; pariter & reū deliquisse affirmēt; ipro busq; habitus sit qui iniuste accusat uictoriā lex iure optimo reo īpertit. Itē nos etiā ipsi nostris cū familiaribus ita agimus; ut cū eos deliqsse aliquid suspicamur; tñ nihil certi habemus sed pariter culpa uacare existimamus; nō ptinus ad plectendū ueniamus; atq; si nihilo rem amplius pcessere possimus: culpa eos oīno absoluimus. Itē grauiorē his facit iniuriā qui ex cōsulto q̄ qui nō ex cōsulto iniuriat̃. At qui planus atq; calūniās semp ex cōsulto lacessit; qui autē iniuste aliud fecit; aut p necessitatē: aut per īprudētiā; aut put aliter sors tulerit delinquit cūq; pares sentētiæ sint accusatoriā ex consulto iniuriā facere dimidio iudicatur sentētiarū; reū autē facere quidē iniuriā reliquo sentētiarū dimidio asserit̃; sed facere tñ ex cōsulto nō cōstat, ergo cū grauiorē accusator q̄ reus facere iniuriā iudicetur, merito legū auctor eū uincere censuit: qui iniuriā fecit leuiorē. Addo etiā q semp iniustior est qui se latere nō putat; & tamē facit iniuriā quā qui se latere posse existimat. Atqui iniuste crimen cuiq̄ obicit; cū quidem ipsum quē suis uexat calūniis; haud unq̄ latere se posse arbitrat̃. Cæteri qui iniuriā faciūt; latere sese plæriq; oēs cū existimāt; in quem iniuriā aīaduerterūt ergo iudicari iniustiores accusatores debent q̄ rei.

Quā ob causam qui ex balneis furatus est; aut ex palestra aut ex foro aut ex aliquo eiusmodi loco morte mulctatur; qui autem ex domo priuata furti ꝑciū duplū exoluit, an qa in domibus rē custodire melius possumus, nā & paries firmus & clauis est; & familiarib⁹ res demesticæ curæ omnibus sunt ut tuto seruentur. At in balneis cæterisq; publicis locis facilis cuiq; facinoris perpeteratio est, nil eni ad custodiā satis qui sua pouerit hēt ꝑter oculos. Itaq; facultas datur furādi, etiam si aspe

ctum paulisp diuerterit. Quãobrem legum auctor ratus sua ipsos custodire satis nõ posse legẽ adhibuit minitanrẽ acerrime uitam futuram nemini qui furtũ publicis locis cõmiserit. Itẽ i domo penes dominũ ipsum est quẽ uelit recipere & cui minus credat cauere. At ei qui in balneis quicquã posuit prohibere neminem licet, nec ingredi nec ĩgressum uestẽ suam ibi deponere unde surrepturus sit, sed ꝑut libitum est, eodẽ in loco surrepturi & amissuri amicula ꝑmiscue iacẽt. Quapropter legũ auctor hoĩs rebus qui sua sptõte furem suam in domũ excepit; sibiq; errauerit nõ magnis admodum supplicis censuit consulẽdum. His uero qui cõem belnearũ addirũ cõuersationẽq; habeãt necesse est; suppliciũ furti grauissimum ꝑsidio statuit; Itẽ qui locis quorũ aditus oĩbus patet furtũ comittũt: oĩbus patent, eo aĩo esse ut & uitæ seruati ne sui quidẽ cõmodi gratia ꝑbi esse unquã uideri uelint: utpote qui frustra se ꝑbos apud eos ementiantur: qui rem norũt. Iã ergo palam suam nequitiã prauitatẽq; exercere in cipient. At qui uni tñ palam fuerint dissuadeꝝ uel pecunia uel re aliqua conantur ne facinus patefaciat. Quocirca nõ tota uita hi praui perseuerent. Itaq; legũ conditor danna his leuiora ꝑscripsit: Itẽ ea potissimũ delicta dedecus reipu. afferunt q̃ in conuentibus collegiisq; publicis cõmittunꝝ; ut ecõtra honorẽ cõparant sũmũ ea maxime quæ integre publice agunꝝ. Ita eni fit ut ciues & sibi & cæteris cõspicui sint uirtutẽ pre se ferre & colere. Atqui eiusmodi furtis nõ solũ priuatim qui suũ amisit detrimẽto afficiꝝ: uerũetiã tota respu. cõuiciis lacessitur: & maledictis. Igiꝝ dãnis merito grauioribus is puniꝝ qui locis publicis q̃ qui priuatis in ædib⁹ furtum egit. Itẽ qui ex domo priuata rem suã amiserit; sine ulla contumeliosa affectione domi manẽs suum perferat casum. At qui in balneis aut alio id genus loco amisere ægre inde nudi discedunt & plærisq; oẽs irrideꝝ; quod lõge molestius q̃ rei iactura est. Qua de causa legum lator dãna his statuit grauiora. Quinetiã alia cõplura simili rõne leges ꝑcipiũt ut q hoĩ magistratu ꝑdito maledixerit grauiter mulctari q priuato nullo affici detrimẽto & recte qdẽ. sic eni nõ tñ in magistratũ deliquisse qui maledixit iudicaꝝ; sed in rẽpu. etiã cõtumeliose egisse. Pari sane rõne & qui in portu furatus est; nõ solum priuatim offendisse; uerũetiam reipublicæ dedecus aduexisse putatur: hæc eadẽ uel in cæteri reddenda ratio est; ubi aliquis sit publicus conuentus & compirũ.

Cur si iudicũ sniæ pares aduersariis fiãt; reũ uĩcere solitũ est. An q̃ reus nullo ab aduersario detrimẽto affectus sit; sed suffragiis paribus uictor euaserit.

Cur super furto dãnũ capitale statutum est. super contumelia quæ grauior iniuria est æstimanꝝ qd pati suo corpore; aut quãtũ soluere debeat; qui deliquerit. An ꝑpterea q̃ agere cotumeliose humana quedã affectio est oẽsq; homines plus minusue eius participes sumus. At furati nulla necissitate humana cogimur. Adde quod q furtum commiserit idem ager quoq; maluerit contumeliose.

DECIMANONA PARTICVLA QVAE AD ANIMI RATIONALES VIRTVTES PERTINENT.

Cur Iouis sacerdoti sub diuo ungi fas non est. An quia nec liberos coram parentibus nndari:nec soceros cum generis lauari nec honestum nec fas esse existimabant. Pater autem est Iuppiter:& sub diuo in conspectu esse quodammodo Iouis putandũ est. An sicut in templo & sacro corpus aperire nefas est:sic aerẽ apertum.& qui coelo subiectus est deorum ac dæmonũ plenum uerebãtur. Quo fit cũ oecessitati seruiẽdum est:multa sub tecto occulte deorum conspectũ uerit: homines faciant Sed alia soli tm̃ sacerdoti:alia omnibus per sacerdotem lex iussit. Quapropter apud nos quoq; coronam gestare tomam prolixiorem ferre armatum ingredi: phocensium atgros non inuadere:priuata sunt eius qui magistratum gerit:munere & officio: uuam autem ante æquinoctium autumnale non degustare:sicut nec ante uernum æquinoctium uitem incidere per magistratum coĩter omnibus edicitur. Nam utriusquã rei tempus illud est: eodem pacto apud Romanos quoque sacerdotis proprium est:ut nec equó utatur:nec plus quuam tribus noctibus ab urbe absit:nec pileum deponeret:ex quo flamem dictus est:quamquã & alia permulta sunt quæ per sacerdoté oĩbus ĩ dicuntur:ut est illud sub diuo non ungi:nam nisi prius lauisset:Romani ungi moris non erat nec aliud quicquam Græcis seruitutem ac moliciem attulisse putant Romani q̃ gynnasia:& palestram quibus relanguescant adolescetium animi: & penitus effœminentur:hinc puerorũ amores gigni hinc sono & deambulationibus iuuenũ corpora corrumpi hinc saltationibus & motu cõposito.& certo ac delicato cibi genere delibitari quibus de causis ab armis se delapsos esse non intellexerũt: contentiq; prostrenuis ac fortibus militibus se bonos palæstritas & Athletas. bonos dici & haberi ad summã inertiam moliciemq; defluxerunt hæc igitur siquis effugere studet: in puluerem prodire:& sub diuo manere oportet. An qui domi & in umbara balneis & unctionibus molliter se curant;hæc omnia subire necesse est.

Quid est q̧ ueteris nũmi altera pars Ianum bifrontem impressum habuit:altera prorã nauis aut pupim. An ut multi putant honoris causa Saturni:qui naui in italiam traiecisset. An hoc uulgare est ac de multis dici potest:nã & Ianus & Euadenter & æneas nauibus in italiam prouecti sunt:sed illud potius quispiam coniciat:alia esse in ciuitatibus quæ pulchra : aliaquæ necessaria: maximum uero atq; omnium pulcherrimũ iudicari bonitatem legum:longe uero ex oĩbus necessario esse co[...]am & ubertatem:quoniã uero Ianus feros homines ad mãsuetudidiné traducẽs optimis legibus informauit. necessariam uero rerũ affluẽtiam fluuius nauigabilis suppeditat & partim ex agro ac uicinis locis:partim & longinquis:ac mari deuehẽs: nihil quod ad usum p̃tineat desiderari patitur ideo minus ita signatus est:& ut legis latoris duplicem frontẽ propter uitæ cõmutationem: ut dictum est:& imaginẽ fluuii propter nauiũ præ se ferat. Altero quoq; usi sunt nũmo ouem bouẽq; insignitum habente:quod quidẽ nũmi genus erat insigne:& in primis documento: ueteres gregibus & atmentis abundasse quippe quorum omnis substãtia in illis esset collocata:quo fit ut multi apud ueteres syellii bubulci porcii appellati sint. ut fenestella auctor est.

Quã causam esse dicemus quãobrem Saturni ædẽ pecuniæ publicæ sacrariũ esse uoluerunt. Nam ærarium : est & tabulas publicas in eo seruant:& ex eo tabulatium dicunt. An q̧ fama obtinuit. Saturni tpe nec auaritiã nec improbitatem usq; in hoĩbus fuisse:sed iusticiam & fidem. An q̧ fructuum inuentor: & argticulationis auctoris deus fuisse memoratur : falx enim id significat : nec illud quod scripsit an imachus Hesiodũ secutus credendũ est: obliqua uero falce pr̃is Celii pudenda Saturnus secãs cõtra steterat fructuũ uero copia ac uenditio pecuniã gignit:quocirca scelicitatis custodem & causam hunc habent deum. Testimonio sunt nundinæ:quæ cũ nihil aliud sint nisi cõuentus ex agro in urbẽ:nono quoq; die cõuenientiũ saturno cõsecratæ sunt emendi enĩ ac uendendi copia fructuum pricipium attulit:an hæc iã uetustate absoluerũt:primus autem omniũ Valerius publicola exactis regibus ædem Saturni erarium declarauit:loci opottunitate deductus. quẽ & apertum & ab ĩsidiis tutum:& in primis munitum animaduertit.

Quid est q̧ legati undecũq; romam uenerint ædem Saturni primo adeũt:deinde a præfectis ærarii: ubi omnia ediderunt rescribũtur. An q̧ Saturnus ipse externus extenis hominibus delectatur. An

hoc historia refellit. Antiquitus enĩ ut uidet̃: quæstores legatis munera mittebãt: quæ lautia dicebãtur: & ægrotos curabãt: qui si morbo interiissent sumptu publico sepeliendos curabant: nũc autem ꝓpter multitudinem legatoꝝ sumptus sublatus est. manet autẽ ut p̃fectos erarii adeãt q̃bus nomina sua ut edant ac scribi faciant.

Cur flamini diali iurare nõ licet. An quod tormẽti genus quoddã est hoĩ libero iusiurãdũ. Flaminis autẽ corpus & animũ intactũ inuiolatũq; eẽ oportet. An ꝙ parua in re ei fidẽ nõ habere absurdũ est. Cui diuina ac sũma credita sunt. An ꝙ oẽ iusiurãdũ in piurii terminat ĩprecationem: execratio uero omnis tristis & abominanda: unde ne aliis quidem imprecari flamines solent: laudata est igitur Athenis sacerdos illa quæ populi iussu adduci non potuit ut alcibiadẽ execraretur: dixit enĩ præcãdi se causa non imp̃candi Sacerdotio p̃ditã fuisse: an cõmune oĩum periurii periculum est: si homo ĩpius ac periurus: uota pro ciuitate suscipiat.

Quid est ꝙ uenerabilius qui est dies festus multũ uini ex tẽplo ueneris ꝓfundũt. An illud est quod multi dicũt mezentiũ hetruscoꝝ ducẽ ad Aeneã misisse: qui cũ eo foedus facerent: ut quot annis certum uini numerũ ab eo acciperet: quod postea cũ Aeneas poscenti negasset pollicitũ thyrenis ferũt: si p̃lio uicisset uinũ daturũ: re cognita æneãdus ĩmortalibus uinũ cõsecrasse post uictoriam deinde collectũ templo ueneris effudisse: an hoc quoq; signum est: diem festũ sobrie agi oportere: ꝙ dii longe magis uini effusione q̃ ingurgitatione gaudeant.

Quid est ꝙ ædẽ hortæ maiores ꝑpetuo aptã eẽ uoluerũt. An quẽadmodũ Antistius labeo ait: cũ sit hortari incitare: deã quodãmodo ad res pulchras adhortari atq; incitare: quæq; horta diceret̃: quasi aliq̃d semꝑ operantẽ ac nunq̃ cessantẽ: nunq̃ clausam eẽ oportere putauerũt. An potius ut nunc eã nominãt Liorã ꝓducta priore syllaba circũspectã quãdã & ꝓuidã deã: quã cũ res holum curare & cõseruare existimarũt secordẽ aut negligẽtẽ minĩe putarũt. An quẽadmodũ & alia: & sic & hoc nomẽ græcũ est: & deã significat quæ rebus humanis p̃sit & p̃sideat. Vñ tanq̃ in sõniis acꝗ uigiliis perpetuo patebat eius templũ. Et tũ si labeo Liorã αποτου παροpμαω hoc est ab incitãdo recte dici putat: uide ne orator suasor quidã atq; adhortaror in cõsiliis atq; in cõcione, sic appellatus fuisse dicendus. Nõ ut nõnulli a præcationibus ac uotis.

Cur ædem uulcani Romulus extra urbẽ posuit. Vtrũ p uulcani suspicionẽ ut in famulis est. Aduer martem de uenere martis filius habitus deũ eadem domo: & eadẽ urbe uiꝓhibuit. An hoc stultius ædificauit autẽ ab initio curiã & concessium secretũ sibi cum Tacio simul regnãte: quo cum senioribus ac patribus cõuenientes: sine ulla molestia & interpellatione de sũmis rebus per ociũ cõsultarent. An illud potius cũ ad incendia superiori tẽpore urbs exposita esset. Vulcanum quidem colendum. Sed tamen urbe excludendum existimauit.

Quid est ꝙ consualibus equos & asinos coronis exornãt & ociari sinũt. An ꝙ neptuno equestri diẽ festum agũt. Asinis autẽ ꝓpter equũ pari fruitur licentia. An illud potius ꝙ instituta nauigetione cum multa nauibus ueherent̃ ociũ quoddã ac remissio iumentis data est.

Cur cãdidetos moris erat in ueste hoc facere sine toga. Sic enim scribit Cato. An forte ne ciues largiẽdo corrũpãt argentũ sinu ferẽtes. An illud magis quod iperio dignos nõ genere: nõ diuitiis: nõ gloria: sed uulneribus ac cicatricibus iudicabãt: quæ quidẽ ut ab his quos ambiẽdo præhẽsabant cõspicerent̃ sine toga ad perendũ descendebãt. An quẽadmodũ in accipiẽdo rogãdo se oĩbus submittendo: sic corpus nudãdo ac seipsos abiiciẽdo populũ captabãt.

Quid est ꝙ flamẽ dialis mortua uxore sacerdotio se abdicat. Sic apud Teium scriptũ est: An ꝙ qui uxorẽ ducẽs post ammisit: eo qui nunq̃ duxit: multo est infœlicior: eius enĩ qui uxorẽ duxit domus integra est, eius autẽ qui uxorẽ in matrimoniũ acceptã ammisit: nõ solũ impfecta domus est: sed ĩmunita prorsus ac mãca. An eodã tpe uxor una cũ uiro cõsecratur: quẽadmodum multa sunt in sacris quæ absente uxore agi nequeũt priore autẽ amissa: alterã statim superducere tũ difficile est: tũ uero iniquum atq; impium.

Quare nec uxorẽ repudiare antea licebat: nec nũc q̃dẽ ut uidet̃: licet q̃q̃ nr̃is tpibus pmisit Domitianus. Sacerdotes aũt diuortio affuerũt: multa sane horrẽda atrocia tristia pagentes. Sed hoc minus mirum uidebit̃: si q̃s hoc quoq; ex historia adiũxerit altero ex cẽsoribus mortuo alterũ a magistratu se abdicare oportebat. Mortuo enĩ Liuio druso collega eius. Scaurus æmilius magistratu se abdicare minime uolebat: donec Tribunoꝝ iussu in carcerẽ ductus est.

Cur laribus quos ꝓprie p̃sides uocãt canis assistit. Ipsi autẽ canũ pellibus uestiunt̃: an ꝙ p̃sides sunt qui p̃sunt: hos autẽ domus custodes eẽ oportet & alienis formidolosos: sicut canes uidemus. Mites uero ac lenes mãsuetosq; domesticis. an illud uerius est quod a q̃busdã romanis dicit̃: & chrisippus opinatur. Dæmonia quædã mala circũire quibus dus quasi carnificibus & scelerum ultoribus aduersus iniustos & impios utunt̃: sic lares furiales quidã sunt & pœnarũ & exactores uitæ & operationum speculatores. Iccirco enĩ fit ut caninis pellibꝰ induant̃: quibus & canis ideo assidet: q ad ĩuestiganda scelera & ulciscendo improbos sagaces sint.

Cur geneciæ manecinæ rem diuinam faciunt:& optant neminẽ domi nascentiũ bonũ euenire: An ꝙ dea est genecia:quæ corruptibiliũ rerũ generatiões ac fœtus ꝓcuret. Fluxũ eni quẽdã nomen ipsum significat & generationẽ ut igit̃ ꝓserpinæ græci:sic Romani geneciæ pro iis qui domi nascuntur canem imolant. Socrates autem dicit canem apud argiuos elioniæ propter partus facilitatem imolari:poculum uero quod in præcatione adhibetur:non pro iis institutum hominibus qui domi nascuntur:ut eorum bonus euadat nemo:asperos enim & formidolosos canes esse oportet: an illud potius ꝙ inutiles & elati mortui dicunt̃ uocis obscure intelligẽtes petere se ut nemo domesticus moriatur:neq; hoc admirari oportet. Aristoteles eni in fœdere quod cũ Lacedæmoniis archades percussisse ferunt̃ scriptum fuisse dicit neminẽ bonũ facere auxilii causa:qui lacedæmoniis studerent tegeatarum:quod est neminẽ occidere.

Cur capitoliis spectacula edentes nostris quoq; temporibus pronũciant. Sardos uenales & quidam irrisione gaudens ꝓducitur puerili cinctus monili:quã uocãt bullam. An ꝙ uenientes hetruscorũ populi diu cum Romulo bellum gesserunt:& hanc ultimã urbẽ expugnauit Romulus & multos captiuos una cum rege ꝓnunciauit. Leuitatem eius ac stultitiã cauillatus. Et quoniam Lydi quidẽ ab initio fuerunt hetrusci. Lydorũ uero sardis caput fuit:iccirco tuscos hoc modo pronũciauerũt. & in hanc diem ridiculi causa hunc morẽ pro ioco habent.

Quid est ꝙ locũ ubi carnes uendũt macellum uocant. An ἀπὸ τῶν μαγείρων, corrupto nomen ut alia multa sic & hoc usus optinuit apud latinos enim. k. cum. g. magna quadã cognitione cõiungitur. Nouissime eni. G. Romani adhibuerũt auctore & inuẽtore Carbilio: & qui ꝓpter hæsitantiã linguæ. R. ꝓferre non possunt ad. L. delapsi balbutiendo ꝓferũt. An & hoc quoq; per historiã soluendũ. Fertur enim Romæ ferox quidã homo ac ferus cũ latrociniũ exerceret multis occisis tandem deprehensus & captus supplicio affectum fuisse: huic nomen fuit Macello cuius ex pecunia postea ædificatũ est Macellum & ab eo nomen inditum.

Quid est ꝙ idibus ianuariis permissum est ut tibicines muliebri habitu urbẽ lustrent. An ꝓpter causam quæ dicit̃. Magnis eni ut uidet̃ fruebãtur honoribus:qbus illis Numa põpilius pp sanctitatẽ ac deoꝝ cultũ cõtulerat:his postea p tribunos cõsulari potestate spoliati urbe excesserũt: quos cũ uæhemẽter requirerẽt nã religione tangebant̃:animi ꝙ sine tibiis rẽ diuinã facerẽt:ꝗprimũ reuocandos censuerũt:sed cum accersiri nõ apparuissent:at tibure puo se intrio cõtulerãt manere uelle se dicerent. Libertus quidẽ clã magistratus adiit:seq; eos reductũ pollicitus est:cõuiuio igitur laute & opipare apparato quasi rẽ diuinã fecisset tibicines inuitauit. Aderãt in cõuiuio mulieres: nox in sõnis ducitur:saltationibus ac iocis oĩa ꝑstrepũt. Tũ de repente cũ libertus patronũ adesse diceret:& uæhemẽter perturbatus uideret̃ hoĩbus persuasit:ut statim currus cõscenderẽt pellibus circũtectos:ac tibur ꝓueherẽtur:e uestigio hoc autẽ dolo fiebat:nã cum ignaris illis; & per noctẽ ac uinũ nihil cernẽtibus currus circũduxisset. oẽs anteq̃ illuxisset:romã ꝓter opinionẽ reportauit. Erant autem eorũ pleriq; ornatu muliebri ꝓpter cõmessationem:ac uigilias ornati: sed postea q̃ persuasi a magistratibus & plane reconciliati sunt: Institutum est eo die ut eodem habitu ornati per urbem incederent.

Quid est ꝙ carmentis ædem matres ab initio ædificasse existimãtur. Et nunc deam maxime uenerantur. Ferunt enim mulieres senatuscõsulto uehiculis uti ꝓhibitas intercõspirasse:ne qua earum conciperet:uene pareret:atq; ita uiros ulciscerentur:donec coacti sentẽtia mutauerunt:atq; uti permiserũt:natis deinde pueris cũ & multitudine liberorũ & bonitate fœlices fuisse uiderentur: carmentis ædẽ ædificauerũt:quã puto euãdri matrẽ fuisse dicũt:& in italiã uenisse cũ themis uocaretur:aut quẽadmodũ aliqui nicostrata:qm̃ uersibus oracula ederet carmentã mutato noĩe uocauerunt. Nã, τὰ ἔπη, Romani carmina appellant. Sunt qui μοῖραν:hoc est sortẽ & fatũ carmentã putent:& ob eã rem matres rem diuinã facere. est autẽ nominis uera ratio. ὅτι ἐστερημένον διὰ τὰς θεοφορήσεις, i. mente priuata ꝓpter afflationes nõ carmẽti nomẽ carmina indiderũt:sed ab ea potius acceperũt:diuino nãq; spiritu afflata uersu. ac metro orabula edebat.

Quid est quod Ruminæ rẽ diuinã faciẽtes: hostiis lac spargere:& libare consueuerũt:uinũ antẽ nõ adhibẽt. An ꝙ latini Rumã mãmã nominãt & ficũ ruminalẽ:iõ factã ferũt quod ibi lupa Romulo mãmã ꝓbuit quẽadmodũ eas igit̃:quæ pueros alunt:a mãma diximus θηλονάς sic rumina nutrix quædam:& pueroꝝ altrix merũ infantibus ꝑcipue noxiũ prorsus nõ recipit.

Cur senatores alios patres conscriptos alios tantum patres appellabant. An eos quos ab initio Romulus delegerat patres ac patricios nominabant:quasi bonis parentibus natos:reliquos deinde ex plebe electos & ascriptos in senarum consciptos uocitarunt.

Quid est quod Herculi ac musis cõmunem aram statuerunt. An ꝙ Hercules Euãdarum litteras docuit:sicut Iuba monumẽtis tradidit. Quod honestum & honorificũ duceretur amicos ac propinquos docere. Nouissime nãq; institutũ est:ut mercede discipulos docerent. Quippe omnium primus. Sp. Carbilius ludum aperuit eius libertus. qui & ipse Carbilius appellatus primus omnium.

Romanorum uxorem repudiauit.

Cur cum duæ sint Herculis boues:mulieres non atingunt:nec quic quã degustant quod super ara magna imolatum sit. An quia carmentis sacrificii tempus non obiit. Quod quidam pinariorum generi accidisse dicitur ex quo quia uescentibus cæteris dapibus prohibiti sunt pinarii sunt appellari. An propter illa potius quæ de ueste ac Deianira fabulosæ dicuntur.

Cur deum illum cuius in tutela urbem esse dicunt siue masculus is est:seu fœmina:& quærere & nominare nefas eẽt. Hoc.n.ita esse religione confirmant Valerium Soranũ male periisse dicentes q̃ numinis nomen efferre ausus est. An quod latinorum quidam monumentis trediderũt euocationes quasdam ac deorũ ueneficia eẽ putauerũt quibus quoniã ipsi hostiũ deos euocare & ad se traducere consueuissent:ne idẽ ipsi paterentur, magnopere uerebantur quẽadmodũ igitur Tini uincula statuis iniiciunt. Alii uero sponsores patere dicuntur si quẽ ad lauacrum aut purgationem aliquã deducunt:sic Romani quod archanũ & incognitum esset firmissimã ac tutissimam dei custodiã esse crediderũt. An sicut Homerus fixit. Terra uero cõmunis est hominum ut hoĩes deos oĩs colãt ac uenerentur terrã cõiter habentes sic ueteres Romani deum salutis auctorẽ celauerũt:quod non eũ solũ:sed oĩs deos a suis ciuitatibus honorari uoluerunt.

Quid est qđ fecialiũ sacerdorũ q̃bus fœderibus faciẽdis præsunt pater patratus maximus habeť:est autem his pater & hi filii sunt:habent.n.nunc quoq; præcipuã quãdam fidem & auctoritatem:Imperatores.n.quæ propter eximiã pulchritudinẽ ac speciẽ pudica & diligenter custodia corpora indigent:his credunt & apud eos deponũt. An quod utrũque illis adest & pueros ueteri & pertes timere. An ipsum se nomen exponit. Vult.n.patratũ quasi finitũ ac determinatũ quiddam significare:illud cæteris perfectius sit:cui cõtingit simul ut & pater esset & patrẽ haberet: An ut ait Homerus qui patri præsit cũ & antea & retro cernere oportet cuiusmodi profecto is esset cui & filius est de quo deliberat & pater quem consulit.

Quid est quod Regi sacrificio. Is.n.est Rex sacrorum ac religionũ:nec magistratum gerere:nec concionẽ habere licet: An quod antiquis temporibus Reges plurima & maxima sacra facere consueuerunt ; & sacerdotibus rẽ diuinam facientibus aderant:post ubi graues & insolentes esse cœperunt Græci quidẽ plærịq; licentiam Regibus ademerũt:ius & ptãtem sacrificandi tantũ modo reliquerunt:Romani aũt regibus penitus exactis aliũ rebus diuinis præfecerũt, cui nec magistratũ habere nec cũ populo ágere pmiserũt:ut ĩ rẽplis solũ cõsultare uideantur:& regnũ ppter deos sustinere Est igiť in comitio quodam sacrificii genus quod ubi rex pgit ex foro se proripit.

Quid ẽ quod mensam uacuã tolli nõ sinebant:sed oĩo cũ aliquid etiã superesset. An illud in terpretãtes aliquid semper ĩ futurũ de eo quod nunc adest reliqui oportere:& per hodiernũ diẽ crastini meminisse. An quod urbanũ atq; elegãs putarẽt cõprimere atq; inhibere appetitũ:& iã cũ uoluptate perfrui liceret:minus.n.quod abest cupiunt qui præsentibus ac paratis abstinere cõsueuerũt. An & aduersus seruos humana cõsuetudo. Nõ.n.tãtopere gaudẽt serui si accipiunt:q̃ si participes fiãt:q̃ mensam sibi cũ dominis quodãmodo cõcicatũ esse putãt. An quod nihil sacrũ:inane:ac uacuum negligere oportet:mẽsa uero sacra est.

Quid ẽ quod maritus p̃mo sponsæ nõ i luce sed ĩ tenebris iungitur: An q̃a cũ pudet q̃ anteq̃ coeat alienã putat. An & ad ppriã uerecũde accedere meditãs:& assuesatiens. An quẽadmodũ Solõ scripsit spõsam malo cydonio degustato thalamũ ingredi solitã ut primus cõplexus nihil triste aut iniocundũ haberet. Sic Romanus legis lator:si quid absurdũ ac deforme corpi aderat occultauit. An calumnia quædam & accusatio illicitæ ueneris erat quod fiebat cum legitimis ac iustis connubiis pudor quidam & uerecundia adibetur.

Quid est quod circus flaminius dictus est. An quod Flaminius quidã priscus cũ ciuitati agrum reliquisset:equestribus ludis eius fructu & uectigalibus utebantur. Nam cum pecunia suppeteret uiã quoque flamineam muniteunt.

Cur lictores dicti sunt. An quod petulantes colligabant. Hi.n.lora in sinu gestantes Romulum sequebatur λιγυασω autẽ ligare pleriq; latinorum dicũt:qui aũt pure loquuntur ligare. An.c.interpositum est:cum ante sine.c.litores dicerentur:quasi publici quidã ministri:nam nřis ẽt tẽporibus plublicũ ẽ multis græcoꝝ legibus scriptum ẽe neminem ut ita dicã latere puto.

Quid est quod luperci canem immolant. Luperci autẽ sunt qui lupercalibus per lasciuiam discurrentes pellibus obuios cædunt. An quod genus quoddã lustrandæ ciuitatis est & quo mense illa fiũt Februarius dicitur ; & diem quoque pellibus occurentes uerberant februarium & februarium uocant:quo uerbo purgario significatur cane autem omnino:ut ita dicam græci utebantur:& multi etiam nunc in purgationibus canem iugulant:proserpinæ quoque catulos:cum cæteris purgantibus efferunt & eos qui expiandi sunt catulis, hoc piaculi genus circuncatulationem appellaẽs. An quod lycos lupus latine dicitur : λυκαια uero lupercalia & lupo canis est hostis & iccirco lupercalibus cæditur. An q̃ lupercis canes oblatrantes molesti sunt. An quia pani

sacrificium facit; pani autem ꝓpter greges amicus est canis.

Quid est quod septimōtio uehiculis iunctis uti cauebant & nūc ēt qui uetera nō cōtēnunt cauēt. Septimontiū uero diē festū aguntromani quod septimus collis urbi attributus est: septicollis ro. facta est. An ut quidā latini accipiūt: quod urbs nōdū suis partibus penituscōiuncta erat. An hoc qui dē ad Dionysiū est. Magna uero re effecta cōstituta ciuitate: qđ urbē iam augeri & quasi ulterius ꝓgredi desisse existimarent cū seipsios: tū uero iumenta quibus fuerant usi quiete affecerunt: & cō munis festi ocio frui uoluerūt. An quod cū oēs dies festos ciuium præsentia ornari ac celebrari semper uoluerunt tū illū præcipue qui pro ciuitatis habitationē agererur. Quaꝓpter ne urbē cuꝰ dies festus ageretur relinquerent eo die uehiculis uti permissum non est.

Cur ī futuro aut eiusmodi aliquo flagirio deprehensos furciferos appellant. An hoc quoque maiorū nostrorum diligentiæ certissimū signum est: nam qui seruū alicuius sceleris aut improbitatis con uicisset: duplex lignum quod currui subiiciunt attollere iubebat: & ut comspiceretur uiciniam obire: ut fidem in posterum ei nō haberent: & ab eo cauerent hoc lignum. G. σταύρον latini fur cam nominant a qua fructifet denominatus est.

Quid est quod booi qui cornupetat fœnū in cornu apponūt: ut ocurrentes caueāt. An qa ꝓpter re pletionem ac sacietatē indolescunt & boues & equi & asini & homines: ut ait Sophocles. Tu uero fetues quasi pullus cibi copia. Venter &.n. tuus & male īsolescit. Ex quo romani. M. Crassū fœnū in cornu habere dictitauerūt: & qui cæteros ī repu. lacerabāt: hūc tanq̄ munitū ac ꝓuidū & iniuriarum ꝓsequentissimū fugiebāt: quāq̄ post ea rursus dictū est Cæsarē Crasso fœnū detraxisse: Primus enim illi in republica restitit. Cæsar & eum contempsit.

Quid est quod in captādis augutiis sacerdotes prius auspices nunc augures appellant luminaria semper aperta hēre uoluerūt: nec opuculo īposito claudi. An sicut pythagorici parua magnaqꝫ rerum signa faciebant: qui super modio sedere ꝓhibebāt & ignē gladio seu machera fodere. Sic ueteres obscuris quibusdam rationibus utebantur: & maxime in sacerdotiis quale hoc est de lucerna: quā coi pori animā continenti similē esse dicunt: lux.n. est is qui intus inest animus Oportet aūt quod intelligens est ac prudens in eo id semper apertū esse accreuere nec unquā clausum esse. Flatibus enim uentris aues non consistunt & propter instabilitatem & errorem nihil certi significant. Docent igitor hoc pacto ut non spirātibus uentis: sed cum omnia tranquilla sunt. Tunc augures auspicia captent cum lychinis apertis uti inqueunt.

Cur augures si ulcus habetent inaugurandi causa sedere prohibebantur. An & hoc signum est nō oportere qui morsum aliquē: aut ulcus: & ꝑturbationē in animo hērent res diuinas tractare sed tū deorum mentē hoibus probere: cū & liquido & integro animo essent. An illud rationem habet si neqꝫ uictimā sanandi ulceris causa quisq̄ adhiberet nec auibus ulceratis ad auspicandū uteretur: ea multo magis in seipsis seruanda existimasse: ut ad ea quæ a diis significarentur; puri & integri accederent. Vlcus enim diminutio quædam & pollutio corporis uidetur.

Quid est ꝙ paruæ fortunæ ædem: quā breuē uocant Romani: ædificauit Seruius Tullius qui tertius Romæ regnauit. An ꝙ ipse paruus initio & abiectus quippe qui ex captiua matre natos esset fortunæ bñficio Romæ regnauit. An hæc ipsa cōmutatio magnitudinē potiꝰ fortunæ ostēdit: q̄ paruitatē. Videt aūt Seruius maxīe oium fortunæ uī extulisse & diuinā indicasse: qppe q oibus actionibus ac negociis eius nomē abscripserit. Nō solū enī fortis fortunæ & ꝑimogenitæ: & masculæ templa ædificauit. Sed est unū ꝓprie fortunæ tēplum Aliud cōuertentis: aliud bñ sperātis uirginis aliud quoqꝫ cognomenta qs persequi posset cū fortunæ uiscatæ templū sit quasi ab ea nos procul capiamur & negociis ac rebus inhæreamus. Sed uide ne Seruius casuū momenta perspiciens & ad ea plurimū posse cognoscens: qppe cū multi sæpe qđ paruum quiddā: uel accidit; uel non accidit maximas res uel assecuti sunt: uel assequi nō potuerūt. idcirco paruæ fortunæ tēplum statuit docens homines diligenter attendere: nec ea quæ accidunt; q̄uis parua sint cōtennere.

Cur Lychinū nō extinguebant: sed ꝑ se lāguescere deficere ꝑmittebāt. An q̄si extinguibilis & īmortalis illius ignis cognatū & affinē colētes. An & hoc quoqꝫ signi est: nō oportere qđ animatū sit: nisi noceat corrūpere neue interficere quasi animal ignis sit nec īmerito: nā & alimēto indiget: & ꝑ se mouet. & cū extīguit̄ si: uelut occidat̄ uocē emittit. An hoc more docemur nō oportere nec ignē nec aquā: nec eoꝝ quicq̄ quæ ad usum pertinent: & si abunde superant corrūpere aut consumere. sed īdigentibus uteda relinquere: cum ipsi iam illis opus non habeamos.

Quid est ꝙ qui nobilitate præstare uident̄ lunulas in calceis ferūt. An ut dicit Castor sinum est eius quæ in luna esse dicitur habitationis; & quod post mortem animi rursus lunam sub pedibus habebunt. An ꝙ qui antiquissimis præcipuū fuit qui fuerunt archades ad Euandro proselines appellati. An sicut alia multa: sic & hoc elatos homines ac superbos admonentes rerum humanarū instabilitatis: cuius rei luna exemplo sit quæ ab obscuro pimum prodit: tum progrediens luce ac splendore os suum complet; & cum clarissima facta sit rursus defloreseit; & ad nihilum redit. An

hoc potius modestiæ & obedientiæ disciplina quædam erat:ut dicto audientes esse & imperium
æquo animo ferre condiscerent & quemadomdũ luna meliori obsequi & solem ; ut inquit Parme
nides semper intueri solet.sic homines secundum locum tenere contenti duci primas partes relin
quere ut honore ac potestate per illum fruerentur.

Quid est ꝙ annũ iouis esse putant.menses iunonis. an ꝙ deorum qui mente intelligũtur iuppiter &
iuno imperium gerũt coꝝ uero qui oculis cernuntur Sol & luna. Sol enim annũ cõficit. luna ue-
ro menses.Oportet autem non has illorũ simpliciter imagines putare; sed ipsum in materia iouem
solem.& ipsam in materia iunoné luná.quo circa iunoné eam nomināt romani.quo nouiũ aut no
uius significatur a luna.scilicet quá eandé & Lucinam uocant.quasi ipsam lucidá ut lucem præben
tem.& in partu ac doloribus adesse opinantur tanq̃ luná. Vt est apud poetá pernigrũ poli & astro-
rum.Per luná celerem partũ præstanté.Nam plenilunio facile partu leuari mulieres uidentur.

Quid est ꝙ auspiciorum quod sinistrũ dicitur prosperum ac fœcundũ putatur. An hoc falsum est
& multos decipit:an hoc sermonis est: ac linguæ σκαιον enim sinistrũ uocant latini a fine autem.
sinere & sine:tum dicunt cum ut aliquid missum fiat ut dimittat̃ hortant. Auguriũ igitur quo ali
quid agi permittitur.sinistrũ nõ recte accipiunt multi ac nominät:an queadmodũ a Dionysio scri-
ptum est Ascanium æneæ filium auspicato aduersus mezentium aciem instruxisse & in eo prælio
superiorem fuisse.ex illo obseruatũ ut quotiens læuũ intonuisset.auspicium susciperetur.an ꝙ alii
putāt hoc Aeneæ accidit. nam Thebani Lacedæmonis apud Leuctram sinistro cornu superatis ui
ctoria potiti.in omnibus præliis postea obseruarunt.ut sinistro cornu principatum assignarent:an
illud potius asserendum est. quod iuba in hystoria dicit orientem ꝓspicientibus sinistra parte bo-
ream esse quá mundi partem multi dextram ac superioré faciunt. sed uide ne cum sinistræ partes
natura infirmiores sint auguriis ac signis quasi coroborentur. atq; his inire suppletis uiribus ade-
quentur an terrena ac mortalia diuinis ac cælestibus cõtraria & opposita iudicátes existimauerũt.
quæ nobis sinistra essent deos a dextra dimittere.

Quid est ꝙ eius qui triũphasset. deinde combustus esset licebat eos capere. & in urbem deferre ac
deponere.hoc in primo Lyparæus scriptum reliquit:an hoc mortui honoris causa factũ est. Nã &
aliis ducibus & qui bene rem gessissent.idé tribuerũt ut nõ ipsi solũ sed posteri quoq; in foro sepe
lirentur sicut Valerio & fabricio.Ferunt aũt horũ posteris mortuis & in forũ delatis ardentem fa-
cem subiici & statim attolli.ut sine inuidia honore utant̃.& tantũmodo sibi licere confirment.

Quid est ꝙ triumphantes in publico Ro.conuiuium exibentes consules inuitatos ne in conuiuium
accederent rogabant. an locum honestissimum triũphanti ; assignari. & post cœnam ab omnibus.
deduci oportebat.quæ præsentibus consulibus alii tribui nõ possent.

Quid est ꝙ tribunus purpuram nõ portat: cum cæteri magistratus purpurati incedant. An ꝙ tribu
nus omnino magistratus non est ; nam nec lictores habet nec in sella curruli sedentes ius dicunt:
nec in initio omnino sicut cæteri magistratus magistratũ ineunt.nec creato dictatore potestatem
deponũt ; sed cũ omnis potestas & imperiũ ad doctorem redeat soli omnium magistratũ retinent:
quasi imperium nullũ:gerẽtes:& aliũ quemdá in repub.locũ obtinẽtes . queadmodum autem præ
scriptionẽ:quidá rectores statũ esse nolũt quippe nõ iudicium cõstituat:sed dissoluat & euertat:sic
tribunũ magistratui & imperio potius opponi q̃ ipsum tribunatũ esse nam potentiæ magistratus
obsistere:& nimiam licentiam cõprimere tribunitiæ potestatis ac licentiæ fuerat. An hæc & his si
milia ab eo dicantur.qui rebus inueniendis studeat.Tribunatus autem cũ & populo originé ducat
populare in primis uideatur ; reliqui ciuibus parem se gerere & in omni cultu ac uictu infimis ci-
uium cõparari.Magnitudo enim ac moles cõsulé decet & imperatoré. Tribunũ uero queadmodũ
C.Curio dicere solebat abiectum esse:nec aspectu grauem nec aditu difficilem:sed facilem:ac mul
titudini cõmodũ & tractabilem. Vnde nec domus tribunitiæ ianuam claudi mos erat. Sed noctu
& interdiu semper tanq̃ portus quidam ac ꝓfugium quibus opitulandum esset. Verũ quo humi
liore corporis habitu deprimitur:eo magis ui ac potestate augetur.Communé enim tribuni usum
ac nemini clausum:sicut aram postulant honore autem sacrosanctum.

Quid est ꝙ prætorũ uirgæ securibus alligatæ præ feruntur. An signũ est nõ oportere magistratus.
iracũdia prõptam:ac dissolutá eé.An uirgatum dissolutio mora.& tarditate iram frangi & imperũ
moderatur.Sed malicia quoniá partim medicabilis.est partim curari nõ potest uirgæ quod mutari
potest corrigunt.Secures autem ꝙ emendari nõ potest abscindunt.

Quid est ꝙ cũ Ro. barbaros quosdá diis immortalibus hominé ĩmolasse accepissent ; magistratus
eorum accressendos ; ac puniendos putauerunt quos postea cũ id consuetudine quadá ac lege fe-
cisse accepissent eos dimiserunt. alias id facere ꝓhibuerunt cum ipsi nõ multis annis ante duos ui
ros.& duas mulieres in foro boario uiuos obruerunt non enim uidetur conuenire ipsos hæc fa-
cere & barbaros qui talia cõmisissent reprehendere an diis immortalibus hominé immolare im-
pium ducebatur dæmonibus aũt necessariũ.An qui more & lege id agerent peccare arbitrabant̃.

Sed uero libris sibyllinis iussos eodem teneri celere non putabant. Ferũt aũt elbiá q̃dá uirginem cũ equo ueretur fulmine ictá fuisse, inde nudum equũ ac iacétem inuétum esse nudam & ipsam ueste quasi de industria a pudendis subtracta calceis a nullo camisia passi disiectis; & ore lingua proiecta; ut re ad diuinatores delata cũ sacris uirginibus maximum dedecus impendere & eius rei ignominiá ad equites redundaturá prædixissent: barbari cuiusdam equitis seruus indicium fecit tris uestalis; æmiliá martiam sub idem tp̃s corruptas diutissime cum uiris rem habuisse quorum unus esset Vetusius barbarus eius qui indicium fecisset dñs. Vestales igitur redargutæ; supplicio sunt affectæ; sed cum res atrocior uisa esset decreuerunt ut sacerdotes sibyllinos libros inspicerent in quibus inuentum fuisse dicant, hec magno reipub malo futura, & iubere ut absurdis quibusdá deis & externis auertende rei causa Græcos duos ac totidem gallos immolarent & in loco eodem defoderent;

Cur diei principiũ de media nocte numerát, an quod, R. P. ab initio militari more & institutio cõstituta est, in re militari auté multa noctu utiliter occupátur. An diei ortũ agédi principiũ eẽ uoluerunt, Nocté uero cõsilii & apparationis. Oportet auté p̃paratos ré aggredi nõ agéres præparari fabricans quod Myson ad Chiloné unũ de septé scripsisse dicitur hyeme. An quéadmodum miridies finis est mulnis reipu. gerédæ; sic nocté intépestá actionũ omniũ initiũ oportere statuerunt: cuius rei maximũ argumentũ magistrarũ romanũ post merididem fœdus facere non solere. An occasu quidem & principiũ & finé diei capere licet. Ná si multitudinis indicio principiũ diei cum sol emergere cœperit incipit uero finé cum penitus occiderit terminauerimus æqualitaté diei ac noctis quod equinoctium dicimus non habebimus æquá eni diei nocté re maxime uidemus ea die cui cõparatur solis spacio ac magnitudine breuior reperitetur, ná quod mathematici afferunt: & huic rei medicina afferentes diei ac noctis uetissimá rationé cõstituunt, centrũ solis cum finienté attingat omnem euidentiam; & clariarem funditus tollit, Necesse est eni accidere cum multũ lucis etiam sub terra siti & nos radiis suis iam sol undiq̧ collustrat; ut diem nõdũ esse fatemur. Quare cũ ob dictas causas ortus diei & occasus principium difficillime capi possit, relinquit aut ut medium diei aut mediá nocté principiũ diei statuamus potius aurem secundum. Fertur enim a nobis a meridie ad occasum, a media uero nocte ad orientem ad nos redit.

Quid est q̧ ueteri moré uxores nec molere nec coquere permittebant. An ueteres aduersus Sabinos fœderis memoriam colentes, Nam post filias Sabinis raptas facta pace & societate inita in fœdere nominati exceptum est uxorem uiro romano nec molere, nec coquinariá facere.

Cur méso maio uxores nõ ducũt, An quod iter aprilé & iuniũ medius interiectus ẽ, quorũ cũ alter ueneri iunone alter dicatus sit deabus scilicet quæ nuptiis p̃sunt, aut parũ ante capiũt aut parũ expectant. An quod hoc mése maximo piaculo utunt. Effigies mõ depõte abiicientes; cũ prius homines consueuissent. Vnde flaminicá iunonis sacerdotem tristem esse eo tempore. Quippe quæ eo mense ullo cultu utuntur moris est. An quod pleriq̧ latinorũ hoc mense mortuis parentát; & obeam causam Mercuriũ quoq̧ eodem mense ueneranrur; qui maiæ cognominis est; Ao ut quidam dicunt Maius a maioribus natu appellatus est, Iunius a iunioribus; nuptiis uero ac cõmodarior est iunior; ut inquit Eripides, Ná senectus uenerem ualere; ipsaque uenus senibus infensa est. Abstinét igitur nuptiis iunium expectantes qui maiũ deinceps excipit.

Cur eorum qui uxores ducunt comá haste cuspidæ discernũt ac discriminant An signum est prima connubia uiolenta fuisse. An statim discũt uxores uiris fortibus & bellicosis cõiunctæ; seruerũt & minime effœminatũ & tenu cultũ ac uirilem ornatũ probare quéadmodũ licurgus in foribus & tectis priuatũ facientes terebra tantũ ac securi utendum aliis instrumentis abstinendum ratus omnem intemperantiam & superfluos sumptus funditus sustulit. An diuortium ea re significatur q̃d solo ferro nuptiæ dirimendæ sint. An illud magis quod pleraq̧ ad cõnubiũ pertinentia iunoni attribuebant; ná & hastam iunoni consecratá esse existimant; & eius statuæ ut plurimum hastæ innixe cernuntur. Quippe quam curiti appellant ueteres; Ná curis antiquo nomine hasta dicebatur. Hinc & curim matrem nominatum esse dicunt.

Cur quod in spectacula impenditur lucar uocant. An quod alia multa quoq̧ circa urbẽ sunt loca diis atributa; quæ appellát lucos quorum p̃uentus in ludos cõferũt.

Quid est quod quirinalia stultorum ferias nominant: An quod hũc diem: ut Iuba dicit his assignauerunt qui cuius essent tribus ignorarent. An his qui ut non alii tributi fornacalibus rem diuinam fecerũt, quod aut impediti fuissent; aut aliquo peregro profecti aut deniq̧ diem ignorassent hoc tempore recuperandi illius festi porestas data esset.

Cur rem diuiam Herculi facientes aliũ deorum appellant neminem; nec canis: ut a Varrone scriptũ est in urbe apparet. An idcirco aliũ deum appellant neminem quod hunc semideũ putant: ut alii tradunt; cũ etiam inter homines ageret; Euander ei ará statuit, & ré diuiná fecit; nihil aũt oĩno fuit cui Hercules infestior esset q̃ canis qui ei sæpe molestus fuisset & in primis cerbarus; deniq̧ Lici

nio puero per cané occiso ab hipocostibus coactus prælia decertare multis ea pugna ex amicis interfectis iphiclú fratrem quoque amisit.

Quid est ꝙ circa capitoliú patricio habitare licet nemini. An ꝙ Marcus málius ibi habitás regnum affectasse deprehésus:ex quo lege interdictú est ne quis postea ex ea familia málius diceretur: an antiquus fuit huic metus publicolá eni ut nobilioré calúniari hoiem in primis popularé nó desistebant:ita multitudo tandiu timuit donec eadem quá in súma uelia ædificabat:quod nimis foro imineret funditus euertit.

Cur qui ciué in prælio seruasset corona querna donabatur. An ꝙ ubiq; in expeditionibus facile sit quercú inuenire. An ꝙ ioui & iunoni:quos urbi præsidere putant corona consecrata est,an uetus ab arcadibus mos acceptus est quibus est quædá cum ac arbore cognatio. Vt enim primi hoies ex terra Arcades sic quercus prima ex omnibus plantis nata.

Quid est quod in auguriis ulture potissimú utunt,an quia Romulo in cédéda urbe duodecim ultures appatuerút. An quod ultur rarissime cóspicitur. Nó eni facile quispiá olturis nidú offendat:sed porro de repente & iópinato aduolát quo fit ut eorú aspectus aliqd significet semp. an & hoc ab hercule didicerút:si uerú est quod dicit Herodotus in oibus rebus gerendis Herculé primu ulturis aspectu in re incipienda delectatú fuisse:qué ex oibus quæ carnibus uescerent uolatilibus iustissimum esse iudicaret,primú eni nihil quod uiuat attingit:nec animatú quicq; interficit:quéadmodú accipitres:aquilá omnes deniq; noctiuagas aues uidemus. Vescitur autem cadaueribus in qbus sui generis abstinet ulturé enim qui aui uescatur adhuc uidit nemo accipientes enim aquilæ sui generis aues consectantur ac feriunt:qq ut ait hescitus,auis auem comedens quo pacto pura esset præterea quæ minus detrimenti:ut ita dicam hominibus afferat auis prorsus nulla reperitur: quippe quæ nec fructus deleat:nec plantam ledat: nec mansueto cuiq; noceat animali:quod si ut ægyptii fabulantur,ultures omnes fœminæ sunt:& quéadmodum zephiro arbores:Sic ultures euro grauide fiant certa nimium & firma & ulturibus signa fieri uerisimillimum est. in aliis autem uolandi impetus & allarum in coeundo agitationes ac uerbera rapinæ fugæ insectiones multum incóstantiæ ac perturbatæ afferunt.

Cur æsculapii ædes extra urbem posita est. An ꝙ foris salubrius quam in urbe habitare crediderunt. nam græci quoq; in excelsis ac putis locis æsculapii templa plana collocant. An quod deum ex Epidauro accersitum in urbem commigrasse opinantur. in græcia enim non in urbe sed procul ab epidauro æsculapii templum est. An quod dum draco ex naui in insulam descendisset: & ex oculis euanuisset ipsum eo in loco ædis ponendæ auctorem ac præmonstrationem fuisse putauerunt.

Cur moris est ut qui castimoniá colunt leguminibus abstineant. An quéadmodum Pythahorici fabas ob eas quæ uulgo dicuntur causas abominabátur quasi Lethes & herebi cognomines. An ꝙ ad cócœnatiões & manes ꝓuocádos leguminibus maxime utunt. An illud magis qd ad sanctitaté ac castimoniá pura ac tenuia corpora habere oportet:Sunt auté legumina maxime uentosa: & ea gignunt:quæ cú supflua sint multæ purgationis indigét. An ꝙ cú uentosissima sint legumina ad res uenereas maxime incitent.

Quid est ꝙ uestales incæsti cóuictas alia pœna nó afficiunt:sed uiuas tantúmodo defodiunt. An ꝙ mortuos urunt quod illis tribuere iniustú iudicarét:quæ nó diligéter ac sancte igné sacrú custodissent:an ꝙ corpus maximis ac sanctissimis religionibus cósecratú interficere:& mulieri sacre manus offerre nefas putauerút. Rationé igit inierunt:qua subterraneo specu defosso obrutæ sua spóte morerentur,ibi eni & lucerna censa inerat:& nó nihil panis exiguú & aquæ ac lactis inde specú desup terra operibát:sed ne hoc quidé modo scelus detestátes religioné fugierút. ná & núc quoq; sacerdotes eum locum adeuntes parentant.

Cur idibus decébris in cursu equoꝶ uictor dexter sacer marti imolat:& caudá statim decisam ad reginorú qui dicit locus deportat:& ará cruoré spargit. De capite uero inter se decertát:alii de sacra uia descendentes alii de subura aduersus eos impetú facientes. An ꝙ Troiá equo captá putant: idcirco equú supplicio afficiút:ꝙ troianoꝶ clara pignora fuerit mixta pueris latinoꝶ an ꝙ iracundum ferox & bellicolum animal est equus. Diis auté grata & accómodata in primis imolant. Victor aút idcirco imolatur ꝙ uictoriæ mars auctor est:& qui ordiné in arcto tenét cæteros uincút qui locú deserút:& cæleritas quasi uiaticú fugæ pœna afficitur:deniq; signis quibusdá occulte admouentur fugiétes salutem inuenire nó posse.

Quid est ꝙ censores magistratum ineuntes nihil agunt q̃ ut sacrorum anserum alimenta locent: & imaginis splendorem an a uilioribus incipientes quæ nec multo sumptu:nec magna opa egent an uetus quædam huic animanti gratia referturia bello usq; gallico repetita:quod dormientibus canibus primi omnium anseres Gallorum in capitoliú ascensu persenserunt:& clangore uigiles excitarunt an cú sit maximarum rerum: & quæ súma cura indigent custodes censores:ut ædium sa-

cratū ac publicatū morū denique & uitiis & uitæ uniuscuiusque diligentissimi & custodientissimi oīum animātiū ratioñē habēdam sibi esse putauerūt: simul enī anxeribus curādis ciues admonēt nec deorum cultum neglıgāt. anseris uero abstersi & splēdor necessarius est; cito enī rubrica defluit ac deflorescit. ea enim ueteres statuas obducere & illinire consueuerunt.

Quid est q̄ cæteris sacerdotibus simul ac in iudiciū ducti ac dānati sunt substituūt augurē uero donec uita supperat: licet maximorum criminū cōuinctū sacerdotio nō mutāt: augures autē uocār qui auspiciis p̄sunt: an q̄ quidā dicūt sacrorum archana neminē cognoscere uolūt: qui ipse augur non sit an iureiurādo ad actū res augurū nemini enūciaturū priuatū postea factū sacramēto liberari nolunt: an nō honoris: nec magistratus sed sciētiæ atque artis cuiusdam potius nomē est augur. Simile igitur est ac si quis musicū nō esse iudicet: & medicū medicū esse prohibeat: & diuino diuinationē adimat. His enim oībus appellatio detrahi potest: uis ac facultas nō potest. aliū uero idcirco nō instituūt: quod sacerdotū numerū ab initio constitutū merito tuentur.

Cur idibus sextilis diem festum agunt Serui omnes ac Seruæ. Vxores autē capita purgare ac lauare consueuerunt: an propter seruium regem quē eo die serua natū & in lucem editū ferunt. Vacationem ab opere habent serui; capitis autem lauatio ab ancillis cœpta propter diem festum ad liberas quoque processit.

Cur pueros monilibus quæ uocant bullas exornant: an honoris raptarum causa: ut alia multa sit & hoc constitutum esse uoluerūt his quos ex eis suscepissent: an Tarquinii uirtutē honorādā putauerūt. ferūt enī Tarqniū cū puer adhuc eēt in p̄lio aduersus latinos & Etruscos i hostes ipetū fecisse: cūque ex equo defluxisse excepto hostiū impetu Romanos cōfirmasse hostibus in fugam cōuersis: cum plus q̄ sexaginta milia hostiū eo prælio cecidissent hoc a patre & rege decoris insigne accepisse. an apud maiores nostros speciosum seruū donare turpe nō existimabatur: quēadmodū nunc quoque comœdiæ testimonio sunt. pueris autē liberis uæhemētius abstinebāt: ac si forte accideret: ut in pueros nudos inciderent: ne ambigerent: hoc insigne liberi ferre consueuerūt. An uel ad molestiā cōseruandā: hoc etiā ptinet & intēperātiæ: ac flagitii frenū est cū uirū agere eos pudeat: anteq̄ pueritiæ insignia deponant. Nā quod Varro scribit uerisimile non est: cū æoles bulā bollā p̄ferant. hoc consilii insigne pueros indui solere. sed uide ne hoc quoque pp lunā ferāt. nam lunæ figura cum pleniluniū est nō globosa est sed lentis formā ostendit: & quēadmodū opinatur Empedocles. Illud etiam quod subiectum est non modo quod apparet.

Quid est q̄ maribus nono anno fœminis octauo nomina imponere consueuerunt. An si prius fœminis nomina imponunt; causam sustinet natura & augetur fœmina & crescit & adulta perficit antequā masculus. Dies autem eos potissimum capiunt: qui septenarium subsequuntur. Septimus enim dies cum in cæteris: tum ad umbilicum īfantibus nuper æditis periculosus esse consueuit. Nā septimo die plerisque resoluitur: donec autem dissolutus plantæ longe similior est infans q̄ animali. An sicut Pythagorici numerum parem fœminam uocant: marē imparē; fœcundus est & cōpositum parem uincit: & si in unitates diuidatur par numerus quasi fœmina locum in medio uacuum præbet. imparis uero numeris pars aliqua plena semper relinquitur: quo fit ut alterum fœminam: marem alterum esse putent. An q̄ in numeris nouenarius primus est. Tetragonus ab impari & perfecto ternario. octonarius autem primus cubus a binario numero: quem parem esse cōstant: oportet autem quadrangulum esse & imparem & perfectum. Vxorem autem sicut cubū stabilem: & domi seruantem & immobilē illud & adiuugendum octonarium numerum cubū esse q̄ a binario componatur: nouenarium uero quadrangulum esse qui de ternario conficiatur. Vtūtur autem duobus nominibus fœminæ: mares uero tribus.

Quid est q̄ eos quorū patres ignorātur spurios uocant. Nō enim quod græci opinantur & in causis oratores dicunt: quod ex colluuione quadam & seminis cōmunione progenerati sunt sed uidelicet est spurius inter patria nomina ut sex. D. C. p̄nomina uero latini integra non scribuut: sed aut una littera: ut. T. L. M. aut duabus: ut. G. H. aut tribus: ut Sex. & Ser. Est igitur spurius inter ea p̄nomina quæ duabus litteris notāntur. S. &. P. quibus etiam orbos parentibus scribunt cum sine parer esse dicunt. per. S. siue per. P. patrem significantes. Hoc igitur errorem fecit; quod sine patre & spurius eisdem litteris annotatur. Sed alia quoque ratio afferenda est quæ multo est absurdior. Dicūt enim Sabinos uxoris pudenda Sporiō appellare: ita ut legitime natus non sit. Sed ex concubina aut scorto contumeliæ causa spurium appellari solitum.

Cur Dionysium patrē liberū: an q̄ bibentibus libertatis causa sit. fiunt enī plerique ebrietate petulātiores. An q̄ libationē præbuit. An sicut Alexander dicit quod pro boetiæ libertate pugnauit. Dionysium liberum dictū fuisse putandum est.

Quid est q̄ publicis festis ueteri more uirgines nō locātur. Viduæ nubunt. An ut Varro dicit q̄ uirgines eum in matrimoniū danē doleant: mulieres uero lætantur. die aūt festo omnē tristitiam ac necessitatē abesse oportere: an q̄ uirginibus decorū: uiduis uero multis præsentibus fœdū nubere

fœlices enim ac faustæ primæ nuptiæ secundæ uero tristes ac detestãdæ. Pudet enim uiuis adhuc eis qbus antea nupserant: alios acipere: mortuos autẽ lugent, quo fit ut magis qete quã strepitu & deducentiũ multitudine delectentur. Dies uero festi multitudinem adeo distrahuntur ut his rebus per ocium interesse non possit. An ꝙ Sabinorum filias uirgines? Inter ludricum die festo rapientes bellum excitauerunt, idcirco filias diebus festis nuptum dare omni causa noluerunt.

Quid est ꝙ Romani fortunam primigeniã colunt. An ꝙ Seruio ex serua nato Romæ sũma cum laude & claritudine imperare cõtingit, sic. n. Romanorũ pleriq; suspicantur. An illud magis ꝙ fortuna urbi & imperiũ & originẽ præstitit. An altior quædã ratio & magis a natura ex media philosophia repeti potest Fortuna scilicet reꝝ omniũ principium eẽ, naturam uero casu consistere cum quibusdam temere repositis ordo accesserit.

Quid est ꝙ artifices Scenæ diditos histriones uocant. An ob eam causam quã Ruffus scriptam reliquit. Dicit enim priscis illis tẽporibus, C. Sulpitio & Licinio stolone cõsulibus cum pestilentia urbem inuasisset: omnes qui in scenã procederent interiisse ob eam rẽ multos & bonos artifices ex Etrutia Romã uenisse: in his qui arte & gloria cæteris ante iret & in theatro ac scena diutissime floruisset: histrũ fuisse nominatum: a quo oẽs deinde scænicos histriones nominatos eẽ.

Quid est ꝙ ꝓpinquis & cognatis non nubũt. An ꝙ nuptiis necessitudines augeri uolunt: & ultro citroq; filias dando. & accipiendo multos sibi ꝓpinquos adiũgere. An quod cognatorum dissidia inter se uerentur quibus naturæ iura una cũ propinquitate tolantur. an ꝙ mulieres propter ĩbellitatem multorum ope & auxilio egentes ꝓpinquis idcirco adiungere noluerunt: ut si qua a suis uiris iniuria afficerentur cognati opem ferrent.

Cur Ioui Sacerdoti quem Flaminem Dialem uocant farinam fermentũue attigere nõ licet An ꝙ farina cibus imperfectus & indigestus sit: non enĩ aut id quod erat triticum mansit: nec quem fieri oportet factus est panis. Sed uim seminis simul amisit: & cibi usum nõ præstitit quam ratione poeta Myliphaton farinam dixit per translationem quasi molendo occisam & cõfectã. Fermẽtũ uero quoque: & per corruptionem factũ est & admixtũ: omne illud quicquid est: quod pinsitur corrumpit. Remittitur enim quodãmodo ac dissoluitur: & oĩno fermentati ipsa nihil aliud est nisi putrefactio quedam quæ qdẽ si abũdantius adhibeatur farinã accidã reddit & prorsus corrũpit.

Quid est quod sacerdos carnẽ crudã tangere ꝓhibetur: an a uisceratione huiusmodi cõsuetudine repellitur. An eadem causa catu quoq; qua & farina ꝓhibetur: neque enim iam est aĩal neq; absoniũ factũ est. Nam cum & trãsforma elexatio & assatio alteratio quædã sit & transformatio nimirum formam delet. Quod autẽ recens & crudum est aspectum neq nañ purum & impolutum habet sed ulcerosum & uæhementer odiosum ac molestum.

Quid est ꝙ cane & capella sacerdote est adeo abstinere uoluerunt, ut nõ modo attingere: sed ne appellare liceret. An ꝙ crapram quasi luxiriosam atq; olidam abhorrerent: An ꝙ tanquã morbidam timerent. Videtur enim præter cætera aĩalia comitiali morbo tentari: & qui gustarint aut attingerint huius morbi aliquid inurere huius rei causam assignãt porros angustos quibus clausis eius spiritus sæpissime includitur quod arguit uocis tenuitas quinq; enim hoc morbi genere tentantẽ similem capellæ uocem edunt. Canis uero est minus quidem luxuriosus ac fœtidus quamquam sunt qui dicunt ne canem quidem in Atheniẽtium arcẽ admittit fas esse, nec Delũ ĩsulã attingere quod in prepatulo & passim coeat: qua in re aliorum aĩaliũ dissimilis sit. Nã boues equi sues non ĩ ꝓparulo ineunt: sed ueram causam panitus ignorãt. Canis enĩ tẽplis oĩbus idcirco arceẽ ꝙ pugnax est animal: & in primis ferox ut tutum suplicibus perfugium præbeãt. Verisimile igitur est iouis Sacerdotem tanq̃ animatam & sacrã quãdã effigiẽ ac simulacrũ: ad qd̃ omnibus tanquam ad aram confugere liceat egenis ac suplicibus repositum esse. Vnde nec deterreri nec arceri omnino possint quo circa in ipso ianuæ uestibulo ac limine eidem possita erat lectica. Qui uero pedibus sacerdotis se prouoluisset eo die ab omnibus plagis ac pœna tutus erat qui si prius uinctus fuisset: ac ad eum accessisset e uestigio soluebatur. Vincula uero non per ianuam: sed per tectum sublata fores abiiciebant: Erat igitur inutile si cum Sacerdos adeo se mitem & humanum exhiberet Canis pro templo sedẽs supplices oblatrando ꝓpelleret: & si ueteres hoc animal omnino purum esse putauerunt cælestium enim deorum nulli prorsus cõsecratus est canis sed ꝓserpine cœna demissus in triuia piaculi locum obtinet. Lacedæmonæ uero deorum oĩum crudelissimo marti catulos cedunt apud Bœtios aũt publice piaculũ est. Cane in duas partes dissecto per mediũ exite. Latini uero lupercalibus mẽse februario canẽ ĩmolãt. Quare alienũ nõ est, qui supremũ & purissimũ deorũ oĩum uenerãdũ sibi desũpserunt eos quo familiarẽ ac domesticũ habeant canem prohibere.

Cur hederã flamendialis si attigisset piaculum cõmisisset nec iter ea facere poterat bi umbraculum aut arbustum desuper prominerer. An hoc simile ei est quod dicitur de curru non esse, choenici non insidere scopam non transcendere: non quo hæc pytagorici uitent aut mutuant. Sed quod per hæc ab al is deterreant. Nam quod sub uitem ingredi prohibent ad uinum referebant quod sacer

doti ebriũ fieri nefas esset. Temulentis enim uinum super caput est & deprimuntur omnes ebrii & humiles fiunt cum hanc ipsam uoluptatem uincere oporteat:nõ ab ea uinci hederam uero tanquam sterilem & hominibus inutilem: & pp fragilitatem adminiculo alterius semper egenẽ umbra solum ac uiriditate oculos capientem non temere in ædibus ali atque innasci permiserunt Quippe quæ plantas complexa maxime noceret, nec solo extirpari facile possit, quo fit ut cælestiũ templis penitus amoueatur, nec in æde palladis Athenis ac thebis quisquam facile hederam uideat Nocturnis uero sacris & bacchanalibus adest, An & hoc quoq; misticum quodam signum erat, ut ad Thiasis ac reliquis debacchationibus abstinerent, nam quæ bachicis furoribus mulieres correptæ fuerint, ad hederam statim feruntur & abreptam manibus diuellunt, dentibus lacerant, ut nõ omnino incredibilia dicere uideantur, qui asserunt hederam quod spiritum habeat, quo mentes in furorem concitet, & loco moueat, ebrietatem absque uino inducere, & hylares eos reddere, qui in furorem procliues fuerint.

Cur his sacerdotibus nec magistratum caperet petere permittebantur, & tamen lictore utuntur & sella curruli honoris causam, & quominus egre ferret: si a magistratibus arcerentur. An q; in nonullis græciæ ciuitatibus uidemus sacerdotii dignitas regiæ maiestati par habebatur, nõ uulgares aut ignobiles homines sacerdotes declarabantur. An illud magis quod cũ certum esset & statutum tempus sacrificii, Regum uero opera & actiones incertæ ac minimæ præfinitæ: fieri nõ poterat: ut cũ in die sæpenumero tẽpus inciderẽt, idẽ utriq; adesset, sed utrisque urgẽtibus sæpe opportebat: ut altero relicto nũc deos coleret: nunc ciuibus noceret q; cũ in hominũ magistratibus non minus necessitatis q̃ licẽtiæ inesse aniaduerterent: & cũ qui multitudini iperaret: ut de medico ait. Hippocrates tristicia cernere tristicia attingere: & in alienis malis proprium dolorem percipere nefas esse putauerunt, diis rem diuinam facere primitias: & ciuium cruciatus quotidie uersantem interdum etiam propinquorum & cognatorum quod Bruto accidit.

Qui sunt quos Epidauri & compedes & artynos appellant centum, n, & octoginta rẽpub. administrabant exquibus senatores deligebant quos artynos appellabãt: plebs aũt magna ex pte i agro agebat. Vocabantur aũt compedes a pedibus ut cuius facile agniti puluere obliti cũ in urbẽ redirent.

Quam nam Onobati i apud Cumæos fuisse dicemus si qua in adulterio mulier deprehensa fuisset hanc in forum deductam & saxo impositam spectandam omnibus proponebant, inde super asino collocatam, & circa urbem puectam in eundem locum restitui oportebat. Ex illo infamia notatã onobatim appellandam censuerunt & ab eo tẽpore lapidem tanquã impurũ ac destabilẽ uitabant erat apud illos quoq; magistratus pylactum appellabant, quẽ qui obtineret: reliquũ quidẽ tempus carcerẽ seruabat, Nocturno autẽ conuentu in Senatum ueniens reges manu appræhensos e curia educebat: quos tandiu detinebat donec de eorum imperio senatus oculte sententiam tulisset suffragiis an iuste facerent uel non.

Qui sunt quos Cnidii ãnimones appellant & qui aphester apud eosdem dicitur. Sexaginta delectis uiris ex optimatibus quasi procuratoribus utebantur: ad quos de maximis rebus referebant dicebantur autem ãnimones, ut coniectura percipi potest: quia ad disquisitionem non adducebantur nisi forte quia multum memoria ualerent: & multa meminissent: qui autem sententias rogabat aphester dicebatur.

Quid apud solos hypeccaustria paladi sacrificantem sic uocant, quod multa sacra & misteria ad aduertendum mala faciat.

Qui sunt apud arcades & laconas chresti Lacedæmonii facta Tegeatibus pace fœdere icto cõmunem apud Alpheum columnam statuerunt in qua cum alia multa tũ illud in primis scriptum erat messenios ex agro eiicerent, nec chrestos facere liceret. Aristoteles igitur hoc exponens his uerbis hoc significari dicit. Non occidere, auxilii gr̃a si q Tegratæ Lacedemonis studerent.

Quis apud opontios crithologus pleriq; græcorum ciuibus primitias offerentibus in uetustissimis sacrificiis ordeo uti solebant. Mágistratum igitur qui huiusmodi sacrificiis p̃erat & primitias colligebat crithologũ nominabant: duo autem erãt apud eos sacerdotes quorum alter deorum alter demonum sacrificia curabat.

Quæ sunt poliades nubes imbriferas maxime quæq; arcum ferrẽtur Poliadas nominabant quẽadmodum Theophrastus in quarto metaurorum ad uerbum scripsit nam & poliades ipse nubes & quæ constant imobiles autem & coloribus obalbe ostendont differentiam quãdam materiæ quæ neq; in aquã neq; in uentnm redacta sit.

Quis est est apud boetios platychæta: qui aut domum uicinã aut agrum habuissent: æolicæ sic uocabant quasi ,ppe habẽtes. Apponã autẽ uerbum unũ ex thesmophylacea lege cõ plura sint.

Quis est apud delphos Osioter: & quare mẽsiũ quẽdã bysiũ uocãt: Osiotera quidẽ eum uocant qui hostiã immolat: cum sacer declaratus est, quinq; autẽ sacri sunt per omnẽ uitã, hi autẽ multa una cum prophetis agunt. Hi simul in iisdem sacris operant̃. Quippe qui a Deucalione originem du-

cere se arbitrãtur.bisius aũt ut multi putãt physius est.Multa eni tunc tpis nascũtur & germinãt. Verũ nõ ita est,nõ eni loco.φ.το.Sed utũtur Delphi sicut Macedones,ιλιππον: & αλκκον & εφηυ:dicẽtes,sed loco.π.nã τοπαστειυ αστειυ:& τοπκον ικρὸν plane dicũt. Est igitur Physius. bysius:in quo deũ interrogant,nã subintelligere patriũ est hoc eni mense oraculũ edebat. septimum quoq; huius diẽ Apollinis habent natalẽ &.πολυφθονον appellant:non quod ea die φθοισ id est liba seu placentas coquerẽt:sed quod multi ad oraculũ accederẽt;multis oracula ederẽtur: nuperrime eni oracula singulis mẽsibus rogãtibus cõcessa sunt:ac remissa.An semel oĩno Pythia.hoc ipso die in anno respõdebat.sic eni callisthenes & Anaxandrides scriptũ reliquerunt.

Quid est phyximelũ. plãta quædã est humilis ac parua;cuius surculos pecora appetẽtia cõminunnt: ac uiolant:& quominus crescant impediũt,hæc ubi eo magnitudinis excreuit;ut ei noceri nõ possit.phyximelum dicitur testis est Aeschylus.

Qui sunt aposphlẽdoneti.Corcyrã insulã eretriẽses tenebãt;quo cherecrates cũ classe corintho ꝓfectus ꝑlio cõmisso eretriẽses superauit:illi statim naues cõdescendẽtes domũ renauigauerunt:quod cũ ciues ꝑsensissent descendere conãtes fundis ꝓpulsarũt;deniq; cũ hæc uerbis ꝑsuadere: nec multos & inexorabiles cogere potuissent Thracia tenuarũt agro ibi occupato quẽ Methonẽ orpheo ꝓgenitũ quõdã habitasse memoriæ ꝓditũ est.Vrbẽ quidem Methonã nominauerũt:ipsi uero ab accolis aposphlẽdonetæ uocitati sunt.

Quænã est apud delphos charilla tres agunt,Delphi Ennacteridas & deinceps,Quarũ unã Stepterium uocãt,Alterã heroidẽ.Tertiã Charilã.Stepteriũ quidẽ eius pugnæ imitatio uidet̃ esse. Quam deus aduersus Pythonẽ pugnasse dicitur.

Hunc eni post pugna usq; a tpe insectatus fuisse dicit̃,Sũt eni qui deũ metu fugisse dicãt; qui mihi expiãdi uidet̃:Alii Pythonẽ sauciũ ac fugiẽtẽ in ea quã nũc sacrã uiam dicimus priusq̃ appollo eũ cõsecutus esset occubuisse ita sepultũ a filio cui nomẽ capra fuerat ab Appolline inuẽtũ harũ omniũ rerũ aut similiũ stepteriũ imitatio quædã est.herois autẽ arcanã quãdã cõtinet rõnẽ thyadibus nõ icognitã:& tñ ex his quæ agunt̃ semeles anagogẽ esse facils quiuis conicere ualeat, De charula uero huiusmodi quædam fabulãtur.Fames ex siccitate delphos inuasit;quare cũ liberis & uxoribus ad regias fores accedere & supplicare cogebant. Qui farinã & chedropas nobilioribus, nõ eni oĩbus suppetebat in sũma inopia distribuebat;sed cũ puella parẽtibus orba supplex uenisset:& farinã rogasset;calceo malã cecidit & in os abiecit puella inops ac paup:sed generoso animo ꝑdicta cũ inde sese ꝓripuisset ac zonã dissoluisset:se suspẽdit,ĩualescẽte in dies fame:& supuenientibus morbis.Pythia regi oraculũ petẽti respõdit.Charilã uirginẽ quæ sibi mortẽ cõsciuisset placari oporteret;uix tandẽ repta huius noĩs rõne sacrificiũ quoddã piaculo mixtũ peregerũt qđ nunc quoq; est nonũ post annũ:qbus annis peragũt præsidet eni rex farinãq; & chedropas oĩbus ĩpartit & ciuibus & externis portat̃ charile puerilis statua:sed ubi oẽs farinã acceperũt:rex effigiẽ calceo cædit:thyiadũ uero Antistes in abruptũ quẽdã locũ simulachrũ defert ibiq; fune ad collũ alligato defodiũt:ubi Charillã quæ zona suspẽderat ante humauerunt.

Quænã est apud Enniadas caro emẽdicata cõplures sunt enniarum cõmigrationes:Primũ quidem capũdocium coluerũt:unde a Lapithis expulsi:ad æthicas primo:deinde ad regionẽ agri molossi: q̃ Arausam uocãs se cõtulerunt;ex quo parauæ dicti sunt.Deinde Cittã occupauerunt: & ex eo loco rege Cenoclo depulso Appolinis iussu in agrũ circa inachũ descenderunt quẽ iacgiẽses & Achæi tum habebãt:oraculo aũt edito si in agro eos recepissent: fore ut ueteres incolæ pellerentur noui autẽ si a uolentibus accæpissent agrum retinerẽt Temo uir inter ennianas sapiẽs sumpta pera mẽdici habitu ad inachiẽses uenit ubi cum ꝑ risum & cõtumeliã rex petẽti cespitẽ dedisset:in perã cõiecit & quasi eo contẽtus statim e conspectu abiit:nec amplius quicq̃ petiit,Maiores natu admirati & oraculum recordari cũ regẽ adiissent hoĩem nõ cõtẽnendũ:nec ꝑdendũ esse dixerunt.Quod cum sensisset:Temo fugã arripuit:& Appolinẽ præcatus cum hæcatonbã uouisset effugit. Ex illo conserunt pugnã Reges cunq; inachiẽsium Regẽ hyperochum ennianum Rex phemius una cum cane in se impetum facere animaduertisset.Dixit illum iniuste facere; qui secundũ pugnatorẽ & alterũ hostẽ substitueret.Abigẽte aũt canẽ hyperocho seq; ac hostẽ euertẽte lapide ictus a phemio est interfectus agro recepto.inachiensibus una cũ achiuis eiectis lapidẽ illũ tanq̃ quidẽ factũ colunt:& uictimæ adipe inuolutũ uenerat̃:& ei tanq̃ deo ĩmolãt.Appolini uero diuinã rem faciẽtes & hecatõbã ex uoto reddẽtes bonis ĩmolare partẽ rite exceptã Temonis posteris tribuũt:& emẽdicatam carnem appellant.

Qui sunt apud ithacẽsios coliades.quis est phagilus Vlyssi porcis interfectis eoꝝ necessarii bellum suscitauerũt.Accersitus autẽ ab utrisq; & arbiter adhibitus Neoptolemus sententiã tulit ut cephalenia zacynto & ithaca cædis noĩe Vlysses decederet.Procorũ uero sociis ac familiares pro iniuriis quas in domũ intulerãt Vlyssi quot annis mulctæ noĩe aliquid pepẽderẽt. Vlysses igit̃ in italiã concessit.Mulctam uero ut liberis suis ithacenses redderent iureiurãdo ac religione astringendos

putauit; Erat autem farina Vinum cera oleum sal, uictimæ grandiores phagilos; phagilum autẽ agnum esse dicit Aristoteles. Sed Eumæũ manumissum Telemachus ciuitate donauit a quo colidarum familia, sicur aphiloetio bucoliarum.

Quis est apud Locros Ligneus canis physcii amplixionis filius fuit locrus ex eo & cabya locrus nascitur quo tum patre orta discordia multis ciuium acceptis, de sedibus apolinem consuluit, oraculo edito ut ibi urbẽ conderet ubi canis cũ ligneus momordisset, in alterũ maris littus transgressus spinã calcauit; ea plaga uexatus q̃ plures ibi dies cõmoratus est qbus pcepto loco urbes cõdidit physcos hyanthiam & alias oẽs quas locri ozolæ coluerunt. Ozolas autẽ locros, alii a Nesso, alii a Pythone serpente uocatos dicunt, qđ ad Locrensiũ littus eiecti in eorum agro putruerunt, nõnulli autem hoĩes pellibus caprinis & hircinis indutos & plerũq; inter greges & ouilia aduersantes olidos fieri & ob eã rem qđ locri postores sint ozolas appellatos putant, Alii contra qđ ager floribus abundet ob odoris bonitatẽ nomen inclytum arbitrantur, hanc opinionẽ tuet̃ Architas amplissæus scripsit enim in hunc modũ, Botrionũ sertis redimitã; unguenta redolentẽ macynã amabilem.

Quid est q̃ a Megarensibus aphauroma dicitur Nisus a quo Nisea appellata ẽ cum regnũ abtineret abronem onchestri filiam ex boetia uxorem duxit; quæ cũ Megarei soror esset singulari prudentia ac molestia prædita erat; motuã deinde Megarẽses sponte luxerunt; & Nisus immortalẽ uxoris memoriã efficere uolens iussit ossa ferre quam illa ueste ferre consueuerat & uestem aphauroma propter illam appellauit. Videtur autẽ mulieris gloriæ & deus fauisse, nam cum Megarenses mulieres uestem mutare instituerent oraculo sæpe prohibuit.

Quis est q̃ doryxenus Megarẽsis ager antiquitus per uicos colebatur, ciuitate in qnq; partes distributa. Alii enim haraci dicebantur; alii piraci; Megarenses alii; alii Cynosurci Trispodicæi; denĩq; partem agrum tuebantur; sed Corinthii cũ inter eos bellũ excitassent; semp enim megaram subigere studuerunt; tũ leniter & cognatũ; utita dicam bellũ inter se gerebãt, agricolas enim nemo prorsus uiolabat; & siquis captus esset certo se præcio redimebat, quo accepto statim dimitrebant nã ante nihil exigebant; sed qui hominem cœpisset domũ deductum & comiter acceptum domũ remittebat q ergo post se redimeret; præciũ retulisset laudabat̃; & eius q recepisset amicitiã ppetuo colebat; & ex captiuo dorixenus hoc est bello amicus atq; hospes fact⁹ appellabat̃. Qui uero nihil retulisset; & hostẽ fefelisset nõ solũ apđ hostes sed apđ ciues quoq; ut pfid⁹ & iniust⁹ & ĩfamis erat.

Quænam est palintocia megarenses theagore tyranno eiecto parum diu in admistranda repu. modestos se temperatos pstiterunt, Inde multum ut ait Plato & intẽperãtem libertatẽ popularibus ipsis propinantibus penitus corrupti; cũ cæteris in rebus in locupletes & copiosos insolenter se gerere ceperunt, tũ uero eorũ domos ĩuadentes hoĩes paupes splendide & effuse conuiuari; accœnare uolebant; idq; si negaretur oĩ uiolentia & petulantia utebantur deniq; facto plebiscito usuras a creditoribus quas antea soluissent reposcebãt; idq; palintociã appellauerunt.

Quænã est Anthedon; de qua pytias dicit; bibe uini fecẽ qm̃ non Anthedonẽ habitas nã quæ ĩ Boetia est uino nõ abũdat Clabriã erinim antiqtus nominabant a muliere q̃ erinis dicebatur; quã ex Neptuno & melantia alphei filia natã fuisse fabulãrut. Inde cũ anthes & hyperes ibidẽ consedissẽt Anthedoniã & hypereã insulam uocauerunt; oraculum uero hoc modo se habebat; ut dicit Aristoteles bibe uinũ Tytiã; quoniã nõ anthedonẽ habitas nec sacrã hyperam quoniam & fecem uini bibisset, hæc Aristoteles Ainasigeton autẽ dicit hiperitis fratrẽ Anthon infantem adhuc perisse Hyperiã autẽ cũ diu fratrem quesisset errantẽ ad Acastũ seu Adrastum pheraas uenisse ubi casu Anthos uinum seruiẽns propinabat ubi cœnati sunt; puerum fratri poculum porrigentem agnouisse ac dixisse fertur; bibe uinum feculentũ qm̃, nõ anthedonem habitas.

Quis est qui apud prienem iuxta quercum dicitur, scotos Samii & prienenses bellum inter se gerentes mediocribus mutuose dãnis afficiebant magno prœlio cõmisso mille Samios prienenses occiderunt; septimo post anno cũ milesiis ad quercũ quæ dicit̃ congressi optimos ciuiũ ac primos uno prœlio amiserunt, Quo tempore Bias ille sapiens samũ a prienensibus cũ legatione missus magnã gloriam est adeptus, Ex illo prienensium mulieres post eam calamitatem tristẽ sane ac miserabilẽ imp̃catione ac iureiurando maximis de rebus usi sunt cũ testarentur ac dicerent, Apud quercũ tenebre quod filios & pr̃es ac uiros eo in loco ab hostibus concisos amisissent.

Qui sunt apud Cretenses qui catacautæ dicuntur tyrrenos ferunt; cum atheniensiũ filias & uxores ex barbrone rapuissent, Quo tempore, s, Lemnũ & in bron in colebant postea eiectos ĩ agrum Laconicũ peruenisse & tandiu cũ in digenis mulieribus consuetudinẽ habuisse; quo ad liberos suscepissent calũniis deinde ac suspitionibus laconicam rursus relinquere coactus in cretã cũ liberis & uxoribus traiecisse; ibi bellum cum his qui tũc temporis Cretã tenebãt gerẽtes multos qui ĩ prœlio mortem oppetiissent insepultos reliquisse; primo quidẽ q̃ ppter bellum & piculũ socios per ocium humare non poterrant; deinde fugiẽtes cadauera iã corrupta & marcida aringere cœpisse; poli igit̃ quem ducem secuti fuerãt honores quosdam & immunitates excogitasse; & partim deorum sacer

dotibus attribuisse partim qui mortuos sepelissent & diis terrestribus hoc est manibus consecrasse, nequando auferenrur & ppetuo permanerent postea eum fratre sortitum; & alios sacerdotes appellatos fuisse alios cautacautas & separatim suis legibus uti; esse autem illis una cum cæteris quæ humaniter concessa sunt earũ iniuriarũ licẽtiã; qbus cæteri Cretẽses uti cõsueuerũt; cũ furtim res suas iter se agunt; feruntq; illos uero nulla iniuria afficere nihil furari; nihil deniq; auferre.

Quod est apud chaldienses puerorum sepulchrum Cothus & Argilus Xuti pueri in eubœam habitatum concesserunt; quo tempore æoles insulam maiore ei parte obtinebant, editum uero antea: Cotho oraculum fuerat bene successurũ; & hostes supaturum; si agrum coemisset; cum paucis igit descendens incidit in pueros qui forte iuxta mare colludebant, quibus cum & ipse comiter ludere aggressus multos ludos pueris ignotos ostendit; quod ubi auide accipere uelle intellexit; aut alitee traditurum se dixit; nisi aliquid terræ prius ab ipsis accepisset illieuestigio sublatam dederunt; & acceptis ludis abierunt æoles re cognitacum hostium classem aduentare intelligerent ita & dolore perturbati pueros interfecerunt. Sepulti uero sunt in uia quæ ad Euripum ex urbe ducit; quem locum postea sepulchrum puerorum uocauernnt.

Quis est Mixarchageua apud argiuos Quiue sunt Elasii; Mixarchageuam castorem uocant & apud se humatum arbitrantnt. Polucem uero tanquam unum cælestium uenerantur; eo autem qui comitialem morbum auertere putantur elasios nominant, eosq; ex alexia. Amphiari filia progenitos fuisse autumant.

Quid est quod apud argiuos Enenisma dicitur Qui familiarium aut cognatorum quempiam amiserunt; mox est ut statim post luctum Apollini sacrificent sacer trigesimo post die mercurio. nam ut a terra mortuorum cadauera sic animos a mercurio suscipi putant apollinis autem sacerdoti ordeum dantes carnem pro eodem accipiunt ignemq; quasi polutum exnnguentes & rursus ab aliis accedentes carnem coquunt; & Enenismaappellant.

Quis est alastor aliterius Palaneus; non enim illis credendũ est Aliterios uocari qui in fama molentem obseruante farina diripiunt. Verum is Alastor uocitatur; qui ea egit quæ neque facile oblitterari possunt; & diuturna omnium memoria celebrãtur. Alterius autem is est quem siquis uitare ac fugere potest propter improbitatem benefactum secum existimare debet; hec inquit Socrates in æreis pellibus conscripserunt.

Quam habent sententiam; eos qui in cassopeam bouem abigant a uirginibus comitãtibus ad ipsos usque fines continentur audire nunquam redietis in patriam terram ænianes a Lapitis sedibus expulsi aethaciam primo; deinde Molossidẽ & cassiopæã ĩcoluerunt; ubi nihil boni ex agro nactumalis contra usi uicinis in agrum cirræum transierũt; Onoclum regẽ secuti. Ihiq; magna siccitate & magnis squalloribus excepti; oraculo ut fertnr cũ lapidibus onoclũ obruissent rursus uagi post lõgum errorem i eũ argrum peruenerũt; quẽ bonum & fertilissimũ nunc habent; quo fit ut merito exoptent; in antiquã patriã nõ redite; sed illic beatissime ac diutissime permanere.

Cur apud thodios præconi Ocridionis templum ingredi non licet. An quod Ochimus filiam cydippem ocridioni collocauit. Cercaphus autem frater ochimi puellam amans præconi presuasit moris enim fuerat ut sponsæ per præconem accetserentur; cum cydippem accepisset eam ad se deduceret quo facto Cercaphus puellam habens aufugit. Qui postea cũ frater ad senectutem peruenisset reuertitur; mansit autem rhodis consuetudo ne præco Ocridionis templum ingrederetur ob iniuriæ ac flagitii illius memoriam.

Quid est quod tibicini apud Tenedũ in ædem tenes intrare non licet; nec in templo achillis mentionem facere An q nouerca tenem ĩ simulãte qđ ei stuprũ inferre uoluisset. Molpus Tibicẽ falsũ ad ursus eũ testimoniũ dixit. Quãobrẽ teni accidit cũ sorore tenedũ fugeret achilli aũt ferũt matrẽ rhetim magnope ĩterdixisse tenẽ ne interficeret; q is ab apolline uehementer coleret. Vni etiã ex seruis imperasset ut diligenter attẽderet & achilem moneret ne forte p in prudentiã tenẽ occideret Sed, cũ tenedũ achilles popularet & sororẽ; Tenis forma captus in sectaret. Tenes obuiã factus & sororẽ defendere conatus ab Achile interffectus est. achilles tenẽ a se interfactũ aiaduertens seruũ quidem quod ab eo monitus nõ fuisset occidit. Tenẽ uero ubi nunc tẽplũ est sepeliuit ex eo nec tibice illud ingreditur nec achilles in eo nominatur.

Ouis est, apud Epidannios poletes epidamnii illyticorum uicini ciues suos qui cũ illyricis consuetudinem haberent improbos fieri aiaduerteront, & res nouas ueriti ad res cõtrahendas ac permutandas unum quot annis potissimum delegerunt quẽ maxime probarent is ad barbatos accedent. forum ciuibus suis & contrahendi rationem ꝓscribebat, & ex eo poletes est appellatus.

Quod est in thracia Arai littus Andrii & chalcidenses habitandi causa in thraciam profecti sanem urbem proditione cõmuniter occuparunt; sed cum barbaros Acanthum reliquisse accepissent duos speculatores ad urbem miserunt; qui cum eo uenissent & acanthios relicta urbe fugam animaduertissent arripuisse; chalcidensis quidem speculator præcucurrit quasi urbem chalcidensi-

bus poccupaturus Andrius uero relictus hastam coniecit : quæ cum portæ inhesisset: Andriorum pueris urbem se hasta præcepisse exclamauit. Inde orta dissensione sine bello inter se conuenerunt ut Erythræis Samiis & pariis omnibus de rebus arbitris uterentur: cumq; Erythræi & Samii suffragiis suis rem Andriis adiudicassent : Parii contra prochalcidensibus sententiam dedissent quibusdam se circa eum locum in præcationibus deuouerunt. Si aut ipsi pariis uxorem dedissent : aut ab illis accepissent & ob eam rem Arai littus appellauerunt: cum Draconitis antea diceretur.

Quid est q cerealibus Erettiensium mulieres non ad ignem sed ad solem carné cocoquunt & calligeniā nō uocant. An quod ita cecidit ne captiuæ quas ex Troia Agamnenon abduxit hoc in loco cerealia facerent cumq; inopinato nauigandi tempus extitissent in perfecto sacrificio discesserunt.

Qui sunt Ainautæ apud milesios damascenote rhoante tyrannis exactis sodalitates duæ urbem obtinuuerunt: harum altera plutis altera cheromacha dicebatnt: sed cum potentes dominarentur: & sodalitates suæ res asciuissent, conscensis nauibus procul altera pgressi maximis de rebus consultabant: & ob eam rem Ainautæ appellati sunt.

Quid est q chaldenses locum circa pyrsophiū ακλιασιων λεσχην : idest uigentiū & uiribus ualentiū stationem uocant. Nauplium ferunt ab achiuis insectatum supplicem ad chalcidenses confugisse: ibiq; partim cirmina purgasse: partim recirminando achiuis obiecisse. Chalcidenses igitur nauplium nullo modo dedituri uidebantur : sed ueriti ne dolo interficeretur : præsidium ei dederunt adolescentes ætate ac uiribus uigentes : & eos ibi collocauerunt : ubi & una uersarentur : & nauplium asseruarent.

Quis est benefactori bouem immolans. Nauis circa ithacesiam in ancoris stabat sed ab eo persuasus nomine pyrriæ & senem seruauit nihil in digens & misericordia commotus ; & hortatu senis de fictilibus quæ ibi iacebant ; pauca quædam sumpsit; postea cum prædones abscessissent secutus iam senex pyrriam fictilibus admouit; in quibus maguam uim auripice admixtum ostéditi ita ut repéte diues factus pyrrias cum cæteris in rebus senem optime tractasset itamé illud adiunxit: ut ei boué immolaret; ex eo res in prouerbium uenit: benefactori bouem extra pyrriam immolasse neminem.

Quid ita morem hunc habent boetiarum puellæ saltantes ut dicát eamus athenas. Cretas ferunt: cum uouissent hominū primitiis delphos misisse ; eos autem qui missi essent ubi nullam facultatem aut copiam uidissent inde profectos. Primū lapygiam incoluisse deinde mixtis atheniensibus hunc in Thraria qué nunc habent locum occupasse. Non enim uerisimile Minonem atheniensiū iuuenes tributi nomine quot annis ad se missos accidisse: sed in ministerio potius & seruitio habere maluisse. Ex his igitur nati quidam & Cretenses habiti delphos missi sunt: ex quo Boetiacorum filiæ generis sui memoriam colentes diebus festis canebant eamus athenas.

Quid est quod Eleorum mulieres Dionysium celebrantes præcantur: ut bouino pede ad se ueniat hymnus enim hoc modo se habet. Veni heros Dionysie maritimum ad templum castum cum gratiis bouino pede sacrificans. Inde bis inferunt. Digne thaure. an quia Bongenam appellant: & taurū nonnulli hunc deum. an magnum pedem ouinum intelligunt: quemadmodum poeta βοωπιν magnos habentem oculos & βουκερων magna iactātem. an magis quia bouis pes innoxius est: cornipetum auté deum sic rogant ut lenis: lætusque ueniat. an quod aratri ac sementis principem hunc ipsum deum & inuentorem fuisse putant.

Quid est quod Thanagræi ante urbem achilleum habent locum sic appellatum. Inimicitias eni magis cum ea urbe exercuisse dicitur achilles quam amicitiam. Quippe qui & poemandiri matrem stratonicem rapuerat: & Ephippi filium acestora occidisset: Poemandrus igitur Pater Ephippi cum ager Tanagricus etiā per uicos habitaretur: apud Stephonté : id loci nomen est quod cū achiuis in expiditionem ire uoluissent: ab illis circumcessus nocte locum illum deseruit & Timandriam communiuit. Pollychritus autem architectus cum adesset & opus flocifaceret atque irrideret fossam transcendit: iratus poemandrus ingentem in illum saxum coniecit: ut forte ibidé ocultatus Nyctæ templis ianpridem incumbebat : hunc reuulsum per imprudentiam Poemandrus coniecit: & polichritum quidem assequi non potuit. Leucippum uero filium īterfecit. oportebat igitur ephesium ex agro boetio lege discere: & suplicem ad alios migrare. It autem facile non erat quod in agrū Tanagricum Achiui irruptionem fecerant, misit igitur Ephippū filiū qui Achilleū rogaret a quo persuasus & illum inducit & Tlepolemū herculeis filium: & peneleum hippalemi omnes sibi sanguine coniunctos: a quibus Poemandrus Chalcidem emissus: & ab Elephenore cædis cirmine expiatus hoíes honore affecit & lucos oíbus cōsecrauit: quorū q achillei dicatus est nomé seruauit.

Qui sūt apud boetios psoloes qui ueácolæ Minyi cuiusdam filias Leucippam Arsionem & Alchotone furore positas carnibus humanis uesci cōcupisse: & de filiis inter se sortitas esse : Leucippam q ei sorte cecidisset. Hipassum filium laniandum exhibuisse: ex illos uiros quod Lugubri ueste uterentur præ dolore ac luctu.

Soboles æolæas autem œnoloas appellatas fuisse ferunt: hodie quoque eiusdem gentis omnes mulieres eodem nomine appellant; & quo annis festis diebus quæ agrionia dicãt: a Dionysii sacerdote stricto gladio fugantur; & siquam consecutus est interficere licet. Nostra quidem memoria zoilus sacerdos mulierem occidit: quod tamen infœlix ac triste ipsis accidit: nam zoilus ex leui sane ulcere cum in morbum incidisset diuturna tabe consumptus est. Orchomeni uero publicis damnis ac damnationibus affecti sacerdotium ab ea familia ad eum transtulerunt: quem ex omnibus optimum delegisset.

Cus eos qui sponte bocæum ingrediuntur lapidibus obruunt arcades: qui sit per ignorantiam intrauerint ad eleutheras eos mittunt. An ꝙ quasi absoluti libertatem adepti uiderentur: hæc ratio fidem habuit; & tale est ad eleutheras; ac si in locum curæ uacuum; & illud uenies in libentis solum. An fabulæ potius credendum est. Soli enim Lycaonis liberi Eleuter & lebecadus sceleris in iouem patrem expertes fuerunt; & in Boetiam aufugeurunt: Lebadenses autem iisdem legibus: & eodem iure atq; archades utuntur. Eos igitur ad Eleutheras mittunt qui Iouis adyta ignorantes intrauerint. An illud probabilius quod architimus dicit. Archadicis festi sunt dies: quosdam per insciciam ingressos ab archadibus philiasiis traditos fuisse. A philiasiis deinde Megarensibus a quibus porro cum Thebas deueherentur hymbre ac tonitribus & aliis tempestatibus oppressos ac detentos fuisse: hinc locum nonnulli Eleutheras appellatum fuisse dicunt. Quod autem dicitur ab eo qui lycæum ingressus fuerit umbram non cadere: licet falsum tamen magnopere creditum est. An ꝙ aer ingredientibus in nubem conuersus obducitur. An quod templum ingressus omnibus modis excruciatus morte mulctetur: mortuoꝝ uero animas Pythagorici neq; umbrã facere neq; conivere. An illud potius quod sol quidem umbram facit: solem autem aufert nomen Embantis & hoc obscure intelligentes dicaunt ceruus enim Embas dicitur. Quapropter Cantharionem arcadem quod is ad eleos cum arcadibus bellũ gerentes ꝑfugisset: & cũ præda ab atum traiecisset cõposito postea bella cum spartam profugisset Lacædemonii archadibus reddiderunt edito oraculo ut ceruum redderent.

Quem nam in Tanagra Eunostum heroem fuisse dicemus; quidue causæ esse quãobrem mulieres eius lucum non ingrediuntur Eunostus Eliei cephisti & sciadis filius fuit: cui nomen inditum ab Eunoste nympha est: a qua educatũ ferunt. Speciosus igitur ac iustus nõ minus ex modestia & seueritate laudis tulit: hunc ab Ochna & coloni filia, propinqua sua amatum fuisse ferunt. Sed cũ eius libidinem conuitio rettulisset, remq; ad fratres deferre statuisset mulier occupauit. & fratres echemum Leonem bucolum ad eunosti necem concitauerat: quod eum sibi per uim stuprum intulisse insimulauerat. Illi cum sorori fidem adhibuissent adolescentẽ in lidiis de medio sustulerũt. quo facto Elieus illos in carcerem coniecit. Ochna pœnitentia ducta. & uehementer perturbata simul & odore: quem ex amore capiebat liberari cupiens. simul fratrum misericordia commota rem omnem ut gesta fuerat Elieo indicauit quam e uestigio Elieus ad colonum detulit. eius iudicio ac sententia fratres quidem liberati sunt. Ochna uero seipsam præcipitem dedit myrtis anthedonia canticorum pœtria scriptum reliquit. Eunosti uero templum & lucus mulieribus adeo inaccessus fuit, ut cum sæpenumero terremotus aut siccitates aut hymbres aliæ deniq; tempestates ingruissent, Tanagræi accurate ac diligenter exquirerent nunquid mulier clanculũ aut per imprudentiam templo appropinquasset. ꝗꝗ nõnullos dicere constat, inter quos est Elidamus uir insignis occurrisse. sibi eunostum lauandi causa mare petentem quod mulier templum inuasisset. Refert enim Diocles in libro de Semideis tanagreorum decretum, de quibus elidamus renunciauerat.

Vnde in agro boetio circa Eleonem scamandrus fluuius est appellatus. Deimachus Eleonis filius Herculis socius expeditionis ad Troiã particeps fuit. Sed cũ bellum traheretur glauciam scamandri filiam compræssit & grauidam reddidit; quo a Troianis in pugna interfecto Claucia ne stupri comperta ab Hercule pœna afficeretur sponte ad eum confugit & amorem suum indicauit. Seq; cum Deimacho consuetudinem habuisse cõfessã est. Hercules re cognita & amoris misericordia commotus; & quod uiri fortis ac sibi in primis: familiaris stripem relinqui magnopere cupiebat glauciam in nauem recipit: quam postea cum peperisset: in Boetiam reductam: & ipsam & stirpem Eleoni reddidit. Appellatus est autem puer Scamandrus: qui postea regnum adeptus Inachum fluuium de suo nomine Scamandrum appellauit sicut uicinum fluuium glauciam de matris nomine uocitauit. nec uero uxoris oblitus ipsius nomine acidusam fonti nomen indidit: ex quas tris filias susceperat. quas hoc quoque tempore in honore habent & uirgines appellant. Vnde factum est illud tritum sermone prouerbium hæc domina: Dino Tarentinus ductor exrcitus uir fortissimus & in primis rei militaris peritissimus cum sententiam eius improbaret & præco aduersariorũ sententiam proposuisse sublata dextera hæc melios inquit: huius rei auctor est Theophrastus. Sed Apolodrus in historia sua illud adiunxit cum præco plures hæ numero sunt dixisset: itaq; inquit: sed hæ meliores ita paucorum.

Vnde dicta est urbs Ithacesium quã alalcomenas appellant. Quod anticlia adhuc uirgo Sisyphi compressu qui ei stuprum obtulerat Vlyssem concepit complures dixere; histrus uero alexandreus in monumentis suis illud adiunxit; Anticlam Laerti in matrimonium datam; cum ad Laertem duceretur; apud Alaocomenum in boetia Vlxssem pepisse. & ob eam rem ille quasi mediæ urbis nomen referens eam quæ in agro Ithacesi est urbem eodem nomine appellatam fuisse memorat.

Qui sunt Eginæ monophagi. Multi ad bellum Troianum Eginenses profecti pugnando ceciderũt; complures tempestate demersi sunt. Paucos igitur a bello reuersos propinqui suscipientes; cum relictos ciues in luctu ac dolore uersari animaduerterent; nec aperte lætandum existimauerunt; nec pro suorum reddito diis immortalibus sacrificandum; Verum clanidonii quisq; sui comiter excipientes ipsi in conuiuiis ministrabant; nec alienum quemquam admittebant. Hoc igitur imitantes Neptuno rem diuinam faciunt; & Thiasios exercent sexdecim dies silentio inter se cõuiuia iter se celebrantes; nec seruum quempiam inter se licet. Inde ueneti facientes solenne festum dirimunt; & ex eo monophagi appelantur.

Quid est quod in Caria Labradei Iouis simulacrum bipennem non sceptrum; aut fulmen sustinet quia Hercules interfecta hippolyte; cum præter alia bipennem quoq; illi eripuisset; omphale dono dedit; quam lydorum postea Reges per manus accipientes sicut alia sacra ferre consueuerunt; donec candaules indignum censens; uni ex sociis ferendam tradidit; sed postquã gyges ab eo desistens bellum candauli intulit; Arseis Myleis auxilia Gygi adduxit; & candaulem sociumque eius occidit ex una cum reliquis spoliis securim in cauam detulit. Ibique extructo Iouis simulacro bipennem in manu dedit; & Labradeum Iouem appellauit; nam Lydi bipennẽ labrẽ appelare consueuerunt.

Quid est quod purgatorem ορoον uocant tralliani eoque in libationibus ac piaculis potissimũ utũtur; An quia leleges & Minyæ antiquius trallianis expulsis urbem atq; agros occupauerũt; postea reuersi Tralliani superatis Lelegibus; quicunque neque in prælio ciderunt, nec fugerunt; sed aut imbecillitate aut inopia ibidem remanserunt; his omnibus contentis legem posuerunt; ut quicunque Minyam aut lelegem occidisset; ita purus & expiatus esset; si eius quem interfecisset cognatis leguminum modium emensis esset.

Cur apud Elæos in prouerbio est grauiora fambico pati; ferunt Elæum quendam Sambucum nomine multis sociis & coadiutoribus usum complures apud Olympiam æreas statuas & simulacra concidisse ac uendidisse. Deniq; Dianæ ꝑsulis tẽplũ diripuisse. Est eni Elide tẽplum Dianæ; quod Aristarchium nominant illum uero statim post sacrilegium comprehensum toto animo excruciatum fuisse dum tormentis de consciis ac sociis ab eo quereretur atque ita mortuum fuisse; & eius cruciatibus prouerbium additum esse.

Quid est quod Lacedemonæ iuxta Lecippidarum templum posita est Vlyssis ædes. Ergiæus unus ex his quia Diomede originem ducunt a Temeno quodam persuasus palladium argis surripuit; cuius rei conscium habuit Leagrum erat enim Temeni sane familiaris Leagrus postea Temeno iratꝰ Lacædemonem concessit; palladium secum deferens; quod cũ reges studiose accepisset iuxta Lecippidarum templum collocauerunt; ac missis qui de conseruando & custodiendo palladio Apollinis sententiam sciscitarentur; oraculo edito ut unum ex his qui palladium surripuissent custodem facerent Vlyssis edem ibidem posuerunt; heroem ipsum alio quin propter Penelopes nuptias ad se pertinere & ciuitatem affinitate atingere existimantes.

Quid est causæ ꝙ Chalcedoniæ mulieres morem hunc habent; ut si in alienos uiros & magistratus potissimũ incidant; alteram maxilam aperiant. Chalcedonii aduersus Bithinios bellum gerebant; Hi cum zepoetum Regem haberent ominibus suis copiis aditis, etiam thracum auxiliis facta incursione agros populabantur. Sed cum zepoetus circa phlium id enim loci nomen est palantes ac perturbatos inuasisset superati octo milia militum desiderauerunt nec tamen penitus deleti sunt Composito autem bello cum ea clade ciuitas ad uirorum solitudinem propemodũ redacta esset; complures mulieres necessitate compulsæ libenter & externis nupserunt nonnullæ uiduitatem talibus nuptiis anteponentes solæ agebant, ac siquid opus esset ad magistratus ac iudices confugientes alteram oris partem aperiebant; harum pudorem quæ nupserant imitatæ, & meliores fuisse rate eundem morem retinuerunt.

Quid est causæ ꝙ oues ad agenoris lucum abigentes argiui ut ibidem ineantur efficiunt. An ꝙ egregiæ præter cæteros agenor oues curarit. & plures greges habuerit.

Cur se Argiuorum pueri quodam festo per iocum ballachradas uocitãt. An quod primos ab Inacho ex agris in campos ac plana deductos achradibus altos fuisse commemorant. Ferunt enim Achradas primum gæcis in Peloponnesso fuisse cognitas; cum ea regio Apia etiam diceretur. Vnde Api Achrades mutato nomine appellati sunt.

Quid causæ est quamobrem elæi equas finibus eductas iniri faciũt. An quod regum omnium equorum studiosissimus œnomaus; cum animal illud præcipue adamasset multa & horrenda eis im-

præcatus esset: qui equam apud elidem inissent: & idcirco ueriti execrationem illam abominantur ac uitant.

Cur apud gnosios moris fuit mutuantibus argentum rapere. An ne hi qui arripuissent: de ui tenerentur & magis plecterentur.

Quæ causa est quamobrem Sami dexicreontis uenerem uocent. An quod eorum uxores luxu ac petulantiam perditas Dexicreon homo mendicus quibusdam piacularibus sacris expiauit. An quia Nauclerius cum esset dexicreon negociandi causam cyprum nauigauit cui onus in nauim imposituro uenerem iussisse ferunt aquam tm̃ in nauim imponeret ac statim solueret cũ dicto audientẽ fuisse: & aqua in nauium comportata profectum summa tranquillitate & malicia deprehensum sitientibus reliquis & mercatoribus & nautis aqua singulis uenundata multum argentum collegisse: ex eo statua deæ posita deam suo de nomine appellasse quod si uerum est: non unum ditasse: sed per unum multos seruasse uenus existimanda est.

Quid est ꝙ Samii mercurio charidote rem diuinam facientes: uolenti & furari & latrocinari pmittunt quia oraculo relicta insula Mycalen cõmigrassent: præda ac rapinis decem annis uitam duxerunt deinde in insulam reuersi Samii hostes superauerunt.

Vnde ei loco nomen inditum esse dicimus quem Samii panæma. An ꝙ Dionysium fugientes amazones ex agro Ephesio Samum perfugerunt. Dionysius confestim ædificatis nauibus transmisso mari prælio commisso eo in loco multos occidit: quẽ defluentis sanguinis flumine spectantes admirati panæma postea nominauerũt: eorum autem qui occiderunt: circa phlœũ ossa ostenduntur. Sunt qui dicant phlœũ earum clamoribus abruptum fuisse cum magno quodam interpugnandũ & contento clamore usæ fuissent.

Quid est causæ ꝙ andron Sami pedites uocitatur mortuo demotele cum plebs rempublicam occupasset megarẽses aduersus perinthios Samiorum colonos exercitũ duxerunt. Compedes ut dicitur quasi aduersus seruos secum portantes. Quod cum plebi renunciatum esset celeriter auxilia submisit decem declarati sunt: qui triginta nauium classi præessent: harum unam portu egredientem fulmine ictam ac depræhensam fuisse dicunt duces tamen cum reliquis profecti megarenses prælio uicerunt: & sexcentos captiuos ceperunt. Qua uictoria elati popularem statum euertere cogitabant: cui rei plebs occasionem prebuit. Misit enim litteras quibus imperabat ut Megarenses compedibus uinctos adducerent. illi Megarensibus litteras cum ostendissent facile persuaserunt: ut cõmuni consilio secum ciuitatem liberarent. Rationem ineuntibus uisum puerorum circos detractos Megarensium cruribus circũponere: & ne defluerent loris quibusdam ad zonas alligare. Erat enim timendum cum laxi essent ac facile defluerent solui uiderentur. His in hunc modum ornatis cum singulis ensem dedissent ad Samum appulsi medio foro Megarẽses in curiam deduxerũt: ubi dato signo Megarenses impetu facto plebeios omnes qui rerum potiebantur interfecerunt. Hoc pacto recuperata libertate Megarenses quicunq; uoluerint ciuitate donarunt: & bonæ magnitudinis domo ædificata compedes quasi templo suspensas obtulerunt: ab eo pedetes domus appellata est.

Cur apud Coos sacerdos Herculis muliebri ueste indutus: & Mitra caput ornatus apud Antimachiã rem diuinã facit. Hercules cũ ex agro troiano sex nauibus pfectus esset tempestate depulsus nauibus amissis ab insulam Coũ delatus ad laceterẽ eiectus est: oĩbus rebus pter arma & socios penitus amissis ibi nactus omnium greges pastorem unam sibi ut daret petiit. Is Andtagoras uocabat qui cum robore ac uiribus corporis præstaret. Herculem ad luctandum prouocauit ea lege ut si uinceret arietem auferret. Hercules cupide cum Andagora congressus cum hominem ita agitaret: ut facile superaturus uideretur Metopes Andagore auxilium tulerunt: & græcos ut herculi opem ferrent concitauerunt: prælio cõmisso hercules pugnando defessus ad mulierem Thracem confugisse dicitur: & muliebri ueste opertus apud eam delituisse. Sed postq̃ Metopibus superatis expiatus Alciopi filiam in matrimoniũ duxit. Floream uestem induit. Quãobrem sacerdos ubi prælium factum est rem diuinam facit. & sponsi muliebri ueste induti sponsas suscipiunt.

Vnde apud megaram genus est hamaxocystatum. Qua tẽpestate intẽperans ille ac dissolutus popularis status megaris fuit: qui & sacrilegium effecit proficiscebantur peloponessiorum nomine delphos solẽnes spectatores: qui cum per agrũ megarensem iter facerent. apud ægerã ad paludem cũ liberis & uxoribus subuerso curru in terram prouoluti sunt ibi megarensium quidam petulantissimi atq; ebrii per insolentiã & crudelitatem currus in palludem cõtruxerunt: multos ex his q̃ uenerant obruerũt. Quod in illa status perturbatione & confusione rerum omniũ megarẽses neglexerunt: amphixiones autem quod ea res ad religionem pertinere uidebatur grauiter commoti tanquã sceleratos & impios exilio nõnullos plerosq; morte afficiendos censuerunt: qui postea a genere hamaxocylistæ nominati sunt.

τελοσ.

Calphurnius Brixiensis ad Dominicum Siliprandum Mantuanum.

Quos radi optabas lla Siliprande libellos
Imprime nil posset iungere docta manus.
Qui leget hos æquus grates tibi lector habebit
Atq; idem optabit candida fata mihi.
Nam modo mendosus latiis errabat in oris
Plutarchus rasa nunc bene pelle nitet,
Aureliiq; mei claras festinat ad ædes
Qui colit ex toto pectore pieridas.

Expliciunt problemata Alexandri aphrodisei: e græco in latinum traducta per Georgiũ uallam. Er Aristotelis problemata Theodoro interpræte. Et Plutarchi problemata: simul seriatim q̃emendétissima. Impressum Venetiis per Albertinum Vercellensem. Anno Domini. M. CCCCCI. Die. xxvi. Maii.

Laus deo.

Registrum

a
Problemata
Georgius
Alexandri
Albertus

b
Alexandri
uocales
tur si modo
los ad munia

c
cerebro autem
¶Cur i balnei
ubi de ptisana
obtemperantia

d
Aristotelis
ferbuerit
da alia calida

e
ant & hominẽ
ro tantũmodo
portione sui

f
tate se porrigũt
tus quisq;
q̃ alimenti

g
Cur homines
dire. Quotiens
Cur fœtidior

h
minis ratione
tiorum qudniá
Neq; enim

i
sitis gratia
est crassior
in rotundam

k
ctuq; non
pendeant
cũ robustiora

l
ctanda
obseruandum
deat titillátem

m
Cur is qui
Cur geneciæ
sacrificium

n
putauit. Erat
bus poccupa.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA